Ung.
I
D 109

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0001-0

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

I B 109.

SIGNAT. cIↄIↄCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0002-6

# SCHEDIASMA
DE
# STUDIIS SCHOLASTICIS,
in
uſum & gratiam
STUDIOSÆ JUVENTUTIS
editum
à
CHRISTIANO FRITZSCHIO,
Gymn. Freib. ConR.

Editio altera auctior & correctior.

*Cum Privilegio Electoris Saxoniæ.*

---

*LIPSIÆ,*
Sumpt. JO. CHRIST. WOHLFART,
LITERIS COLERIANIS.
Anno 1695.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0003-1

# ADOLESCENTIBUS

*Ornatiſſimis Dilectiſſimisq;*

in

# GYMNASIO FREIBERGENSI,

Schediaſma hoc ſacrum eſſe jubet.

CHRISTIAN Fritzſche/
ConR.

# LECTORI BENEVOLO S.

TRia potiſſimum in ſtudiis, qvæ Scholis propria ſunt, qvibusvè Juventus Scholaſtica imbuenda, penſi haberi debent. PRIMUM eſt, certum ſtudiorum Scholaſticorum noſſe terminum. Hunc enim, dum pleriqve diſcentium ignorant, ad ineptias abeunt, inutilia & non neceſſaria diſcunt, ea

in qvibus ſtudiorum vertitur ſal9, præ cœca qvadam ambitione negligunt, & ad Academias properantes id ſtudent conſeqvi, ut altiora omnia intelligendo nihil intelligant. PROXIMUM huic eſt non ignorare bonos libros & Autores, ad hunc ſcopum accommodandos. Magna nempè pars eruditionis cenſetur noſſe optimos Autores, qvos diſcernere ab inutilibus non eſt tyronum Scholaſticorum. TERTIUM eſt genuinus mo-

modus eosdem ritè tractandi & perluſtrandi. Non enim ſatis eſt ſcire certum ſtudiorum terminum; nec ſatis eſt, non ignorare bonos libros & autores: niſi & modus utilia & neceſſaria obſervandi, qværq́; ex uſu olim eſſe poſſint, colligendi antè probè conſtet diſcentibus. Hæc cum animo meo, ab eo tempore, qvo, Deo ſic diſponente, publicæ ſpei admotus ſum, ſæpius reputaverim, ex officii ratione eſſe duxi, hæc

tria Schediaſmate hoc Diſcipulis meis exponere fuſius. Cum verò in hoc πολυαναγνωσίας curriculo, inqve tanta Sententiarum varietate facilè erroris qvicqvam irrepere & interlabi poſſit, Lector Benevolus & Candido, qvicqvid ejus fuerit, pro humanitate ſua condonabit, & juventutis ſtudioſæ, cui omnis labor meus inſervit unicè, commodo hanc telam contextam eſſe judicabit. Vale Lector Benevole, & ſubitaneis hiſce,

qvæ non precibus, non votis, ſed calcaribus, ſed machinis, ſed affectibus ex me expreſsère Diſcipuli mei, qvæqve in tanta otii penuria non eſſe poſſunt limatiſſima, benigniſſimè fave, resqve tuas feliciſſimè gere.

## CAP. I.

*De ſtudiis, qvibus Juventus Scholaſtica imbuenda prius, qvàm Academias adeat.*

Primum, imò verò unicum in Scholis neceſſarium eſt

*Pietatis, & Doctrinæ Chriſtianæ purioris cognitio.*

*OPortet prius animas, & poſteà linguas fieri eruditas.* Sic ad Tribonium ſcribens graviſſime edicit Imperator JUSTINIANUS. * Quemadmodum enim, docente Gregorio in Moralibus, inutilis eſt pietas, ſi ſcientiæ diſcretione careas; ita nulla eſt ſcientia, ſi utilitatem pietatis non habeat. Ideò Betiſſ. Princeps ac Dominus CHRISTIANUS II. Dux Saxon. S. I. R. Archim. & Elector, ſingulis & univerſis tum trium Illuſtr. ſive provincialium, tum reliqvarum etiam Scholarum trivialium in ſuis provinciis Rectoribus atqve Magiſtris

* De Concept. Digeſt. §. 9. fin.

giſtris ſeriò mandavit atqve injunxit, ut, qvantum fieri poſſet, haud prius ad altiores Scholas, qvas vulgò Academias nominant, cuipiam ex diſcipulis aditum patefacerent, qvàm poſt B. Lutheri Catechiſmum (ſacrum illud & incomparabile cœleſtis doctrinæ ſacrarium) B. Hutteri Compendium memoria, & qvidem tenaciſſima apprehenderit, ſibiqve cognitum & perſpectum reddiderit. vide Graviſſimum & elegantiſſimum edictum Compendio B. HUTTERI præmiſſ. conf. etiam Orationem WEISENBORNII *de unico in Scholis neceſſario. Jenæ* 1682. *edit. in* 12.

Altera in Scholis cura eſto
LINGVARUM,
& qvidem
# I. VERNACULÆ,

Ut eam non accuratè ſolum loqvi, ſed in eadem complimenta concipere, Epiſtolam, brevem Orationem ſcribere, &, niſi fortè vena obſtet, terſum Carmen data occaſione pangere ſciat Scholæ Alumnus. Huic niſi maturè qvis in Scholis & Gymnaſiis adſveverit, nunqvam deinceps, vel ſerò nimis elegantem ſtylum ſibi comparabit. Qvæ, malum, hæc inſcitia eſt, non cupere eleganter & polite cum noſtris hominibus loqvi? Concionatores noſtri Germanicè, non Græcè aut Latinè concionantur.

tur. Principum noſtrorum civitatumq; Legati in Comitiis & conventibus Germanicè loqvuntur. Videt itaqve, qvi non prorſus nihil videt, qvàm ſit in rem noſtræ juventutis, ſi ab ineunte ætate puritati & elegātiæ patrii ſermonis adſveſcat, qva auditoribus ſæpè placere, attentionem excitare, & laudem mereri poteſt, qvi in hoc genere qvodammodo excellit. Benè itaqve Clariſſ. WEISIUS in Curiöſen Gedancken von deutſchen Briefen p. 1. daß ein Gelährter in Deutſchland müſſe deutſch reden und ſchreiben können/ ſolches wird niemand widerſprechen. Ob man aber dieſes von ſich ſelbſt lernen könne/ daß man alſo keiner guten Anweiſung

ſolte vonnöthen haben / das wird mich wohl niemand bereden. Denn woferne es mit der dutſchen Galanterie ſo gar leichte gethan wäre / daß ſich ein iedweder gleichſam von Natur darzu qvalificiren könte: ſo würde bey unſern Briefen kein ſolcher Unterſcheid anzutreffen ſeyn / und der gemeine Mann würde ſeine Kunſt ſo gut auslaſſen können / als ein Gelährter. Ja warum geſchiehet es / daß auch die Gelährten mehrentheils lieber einen langen Lateiniſchen Brieff concipiren / als daß ſie nur wenige deutſche Zeilen an einen rechtſchaffenen Mann auffſetzen? Iſts nicht wahr? ſie haben in ihrer Jugend die deutſche Sprache liegen laſſen / und haben ſich eingebildet / daß ein gebohrner Deutſcher mit allen Schreiben

und

und Reden wohl würde zu rechte kommen: das heiſt/ſie haben ſich die Mutter-Sprache leichter gemachet/als Cicero, welcher auff ſeine Latinität/als ein gebohrner Lateiner/ziemlichen Fleiß hat ſpendiren müſſen.

## II. LATINÆ.

Ut facultatem ſibi comparet loqvendi ſcribendiqve Latinè, & qvidem eleganter & tersè: ut elegantem Epiſtolam, & Orationem ſcribere, & ſi vena ferat, tolerabile Carmen componere ſciat Academiæ Candidatus.

* * *

Hanc ut magnopere commendem, non neceſſe arbitror, qvippe qvæ, ut *Priolus in*

*Dedic. ad Remp. Venet.* loqvitur, *conditorium eſt, & manet ſcientiarum.* Qvantum Reip. interſit eandem doceri, v. Dn. Weiſii elegantiſſimam Diſp. Pol. de Latina Lingva, Zitt. 1689. edit. Egregia & obſervatione digniſſima ſunt, qvæ de Latinitate *Sobria & anxia* diſſerit §. 66. ſeqq.

## III. GRÆCÆ.

Ut Autorem non difficillimum interpretari, & rationem Grammaticæ reddere poſſit. Nam fieri neqvit, ut Latina Lingva ſine Græca, & hæc ſine illa, non modo doctrinam & eruditionem optimarum artium abſolvere, ſed etiam ipſa cognoſci atqve explicari poſ-

poſſit; ut eum, qvi alterius ſcientiâ deficiatur, tanqvam avem, una ala revulſa, evolaturum ad laudem doctrinæ ſperandum non ſit. De neceſſitate & utilitate Ling. Gr. v. *Cruſii Orat. in laud. ejusd. omniumqve Præfationes in Gr. Grammat. paſſim reperiundas.*

## IV. HEBRAICÆ.

Græcam & Hebraïcam Lingvam maturè ſimul cum Latina, doctis propria, in Scholis & Gymnaſiis literariis addiſcere oportet, ne in Academiis, ubi alia diſcenda reſtant, illis multum temporis inſumere neceſſe habeant. Hæc L. RECHENBERGIUS, *P. Lipſ. Præceptor olim meus honoratiſs. in*

*uti-*

*utiliſs. Libell. de Studiis Academic.*c.3.p.325. Qvid? hanc ipſam Lingvam maturè in Scholis & Gymnaſiis omninò eſſe diſcendam multis, nec iis contemnendis argumentis in Præfat. Lexic. Chaldæo-Syriac. Buxtorfii B. TROSTIUS, at qvantus Hebræus! probat & confirmat. Qvin immò haud ineptè ab ea, ut primigenia & fœcundiſſima filiarum matre, informationis fieri poſſe initium aliqvi putant. v. Progr. Invit. M. Dan. Weimari Paſt. N. publ. ann. 1693. Nolite igitur audire cyclopicos eorum ſermones, qvi Sacram hanc Lingvam in Academias ſtultiſſimè rejiciunt. Fallunt vos, decipiunt vos. De Hebrææ

brææ ceterum neceſſitate & utilitate prolixè agit Excell. OPITIUS, B. Waſmuthii Epitomator, in *conſilio de ſtudio Hebræo ritè inſtituendo & feliciter abſolvendo* Atrio Lingvæ Sanctæ præf. qvod cum in plurium ſit manibus, videri facile poteſt, & meretur qvoqve; qvandoqvidem præter Patrum Doctorumqve Eccleſiæ judicia huc pertinentia, candide omninò monſtrat, qva via deceat incedere eum, qvi operam huic Lingvæ nolit impendere fruſtraneam.

* * *

Tandem, ut nunc ſunt mores, GALLICA etiam & ITALICA, ſi occaſio ferat, non planè negliendæ. Elegantes enim

ſunt,

ſunt, & adeò freqventatæ hodiè, ut in iis ſingulare qvoddam ornamentum politiſſimi qviqve qværere ſeleant.

Porro Diſcipulis magnopere commendanda

ARITHMETICA.

Utilitas ejus in omni vita eſt, præcipuè verò ſtudioſus ea carere neqvit, in Geographicis & Mathematicis, qvarum ſcientiarum, hoc præcipuè ſeculo, maxima neceſſitas eſt. Qvid? nulla puerilis inſtitutio tantam vim habet, teſte Platone, in Rep. & privata vita, & in omnibus artibus, qvantam habet doctrina numerorum. Maxima verò hujus divinæ artis utilitas eſt, qvod ſomno inſcitiæ ſepultum exci-

excitat, & ſtudioſum ac memorem ſolertemqve efficit. v. *Præfationes libell. Arithmetic. præf. Gemm. Friſii, Vict. Strigelii, Tob. Beutelii, Starckii, aliorumqve.*

## RUDIMENTA GEOGRAPHICA ET HISTORICA.

Amœnum non ſolum, ſed & perqvàm jucundum ſtudium hoc eſt, qvod juvenes valdè commendat, cui vel ex hac ratione in Scholis & Gymnaſiis adhuc conſtitutis danda opera, qvod in Academiis deinceps ob temporis penuriam, ſumptuumqve difficultatem, non cuilibet ei incumbere liceat, & verò nemo proprio Marte ejus ſibi notitiam comparare poſſit. In pueris viget memo-

memoria, & qvidem efficaciùs, qvam in ſenibus. Delectatur ea ætas narrationibus hiſtoricis, & colorum ac rerum novarum diverſitate impensè adjuvatur. Felix igitur Academiæ Candidatus fuerit, ſi unà cum Lat. Lingv. ipſa etiam Geographiæ & Hiſtoriæ elementa, ſervato ſuo ordine, probè didicerit.

Tandem LOGICÆ aliqvalem cognitionem habeant, ſed excluſis inutilibus controverſiis & ineptiis. Occurrunt enim in illa paſſim multa nullius aut modicæ frugis. v. Excell. *Rechenberg. de ſtud. Academ. p.* 14. Logicam omnem inutilem & exitioſam eſſe ſtatuit nuper *Realis de Vienna in diſcurs.*

*diſcurs. & Dub. in Chriſt. Thomaſii Introd. ad Philoſophiam Aulicam c. 4. §. 93. ſeqq.* ſed videat ille, qvomodo ſe defendat ab adverſariis, qvos habebit benè multos. Perverſitas enim hominum, per qvos publica velut infamia laborare vidimus Logicam, vero ejusdem uſui certe præjudicare neqvit. v. M. Jac. Stübelii Præf. in Man. Log. Scharfii Dresdæ nuper cum Annot. locupl. edit.

* * *

Cum adultioribus & brevi ad Academiam abituris in Philoſophia initium facere, & παιδείαν qvandam Metaphyſicæ, Ethicæ, & Politicæ, inſtituere licebit. Perfecta verò harum

rum rerum ſcientia Academiis reſervanda.

Auctarii loco ſint

## Rudimenta qvædam Mathematica, nec obſtruſa, nec operoſa.

In ſcientiis Mathematicis *exercebantur olim adoleſcentes, anteqvam ipſis ad interiorem Philoſophiam aditus concederetur. Utinam maturè in iis qvoqve exerceri juventus noſtra poſſit! Nihil malim*, Caſelius inqvit, *pluribus de cauſis: neq; dubitem, qvin hoc pacto brevi ad veterum præſtantiam proximè noſtrûm etiam aliqvi acceſſuri ſint.* Et licet teneræ mentes difficillimas illas & concatenatas demonſtrationes in Matheſi

theſi paſſim occurrentes capere vix poſſint, cùm rariſſimi ſint, qvi proprio Marte cum Paſchalio in veritatem alicujus propoſitionis Geometricæ difficilioris penetrare poſſint, (v. Præf. Opuſc. ejus poſthumi, cujus Tit. Traite de l' equilibre des liqueurs &c.) prima tamen harum ſcientiarum rudimenta ingenii teneri vires non excedunt. Qvia hodie verò ludibrio ſunt hæc ſtudia, itaqúe eruditionis penuria & ineptâ proficiendi ratione velut morbis laboramus.

His terminis qvicqvid in Scholis vel doceri vel addiſci decet aut oportet, circumſcribitur: hos excedere, aut Acade-

demiarum limites invadere, nemini jus eſto.

## CAP. II.

### *De Autoribus ad hunc ſcopum accommodandis.*

§. I.

*Ad Articulos fidei* imbibendos ſufficere Scholæ Alumnis poteſt *Compendium B. Hutteri*, *Dieterici Catecheſis*, *Novum Teſtamentum Græcum*, qvod non Grammaticè & Philologicè ſolum, qvod communiter fieri ſolet, ſed & Theologicè, ut ad Articulos fidei firmiter radicandos accommodetur, & Poriſmata ſive conſectaria Doctrinalia, Moralia, Conſolatoria educantur, tractandum eſt. Ad vitam piè inſtituen-

tuendam Meditationes Gerhardi, Dilherri, Scriverii, Catechiſmus Dresd.

§. 2.

In *Vernacula* extant præſtantiſſimi; ſed interea ſufficiant Weiſii Politiſch. Redner 2. Theil Ejusdem. Gelährter Redner/ qvi nuper prodiit: Ejusdem curiöſe Brieffe: Sorgfältige Brieffe Talanders treuer Wegweiſer zur deutſchen Rede-Kunſt/ und Brieffe: Verfaſſung in 8to. Leipzig 1692. Ejusdem allezeit fertiger Brieffſteller 2. Theil/ Riemeri Scipta, Spatens Secretariat-Kunſt/ & Franciſci qvædam. Grammatica hîc non opus eſt, qvippe qvam primus confeſtim loqvendi uſus inſtillat, & cauta accuratiores audi-

endi & loqvendi ratio ſic ſatis perficit. Si tamen dandum aliqvid eſt qvorundam deſideriis & inceptis, malim receptam doceri ſcriptionem ac locutionem, qvàm novis inventis, communem adplauſum vix merituris, ſiniſtra aliorum in ſe derivare judicia. Placet hic infallibilis Clar. *Weiſii* Regula: Man ſchreibe/ wie man in Cantzeleyen ſchreibet/ und wie rechtſchaffene Theologi und Politici in ihren Schrifften gewohnet ſind / ſo darff man weiter nichts beſorgen. vid. Chr. Weißens curiöſe Gedancken von deutſchen Brieſen p. 546. in kurtzen Anhange von der deutſchen Orthographie. In Vorſa *Opitius*, *Flemmingius*, *Riſtius*, *Weiſii* Nothwendige und

Reiſſe

Reiſſe Gedancken/ Hoffm. von Hoffmans Waldau/ Mühlpforts Poemata, Richters Medit. Gerhardi. Inſerviunt hic Weiſii Anhang de Poeſi Germanica in Nothwendigen Gedancken. Ejusdem curiöſe Gedancken von deutſchen Verſen: Morhofii Unterricht von deutſchen Verſen.

§. 3.

Ad *Latinam Lingvam* qvod attinet, non deſunt qvi uſu ipſam addiſci poſſe ſibi perſvaſum habent, at reſpondente minus ſucceſſu, præcipuè ad ornatum ſi dirigere oculum velimus. Grammatica igitur utiq; neceſſaria eſt, ſed *brevis*, ſed *perſpicua*, ſed *facilis*. Uni-

verſæ hujus artis vim potiſſimam in flexione dictionum conſiſtere arbitror, in qva puerum ita exerceri velim, ut ſit exercitatiſſimo promptior: Præceptionibus verò & Regulis oneretur, qvam fieri poteſt, pauciſſimis, ſtatimqve deducatur ad intelligendos Latinos ſcriptores.

Qvæ verò tandem Grammatica eligenda? Mea ſententia in inſtitutione Puerorum vernacula omninò Latinæ præferenda. Nam qvæ, malum, inſania, tyroni Præcepta non in lingva nota ſeu vernacula, ſed ignota, videlicet Latina, qvàm nondum didicit, ſed diſcere incipit, proponere. Qvæ dementia non jubet,

Grammaticæ tanqvam veræ diſciplinæ, imò tanqvam primariæ 18. vel 20. annos inſumere? Cùm tamen poſtea ipſa, qvæ eligitur facultas triennio, imò bienniò, abſolvatur? Continuè interpretãdo, exercitia componendo, loqvendo Latina Lingva diſcenda eſt, paucas ante Regulas Grammaticas tanqvam ſubſidium mnemonicum adhibendo, ne Grammatica ἔργον fiat. Grammaticam breviter, & Lingva nobis vernacula pueris eſſe tradendam, egregiè probat JOH. RIVIUS, Celeberrimus olim Gymnaſii noſtri Rector in Ep. ad Princip. Auguſtum Duc. Sax. Sereniſſ. olim Princip. Heinric. Fil. anno 1539.

 Freib.

Freib. ſcriptâ & grammaticæ ſuæ præmiſsâ, (De hoc Rivio vid. omninò *Theatr. Freib. Chronic. p.* 1. *c.* 9. *p.* 292. *ſeqq.*) ROL. MARESIUS *Ep. Philolog. l.* 1. *Epiſt.* 16. *&* *l.* 2. *Ep.* 29. egregiè. Celeberr. CHRIST. WEISIUS paſſim. MICH. HAVEMANNUS *Amus. Sect.* 2. *c.* 2. adeò probat, ut ſtupidus, vel malitioſus ſit, qvi aſſenſum detrectet. SCHUPPIUS in *Diſſert. Prælim. de Opinione* maximis doctorum ineptiis annumerat, Grammaticam Latinam Latinis Præceptis tyronibus proponere, contra Herculeas rationes & aliarum Lingvarum exempla. Inſtrumentum, qvo diſcitur Lat. Lingva difficilius, qvam ipſa eſt,

eſt, proponitur, videlicet, grammatica, ſi molem ſpectes, & Præceptorum multitudinem, propemodum infinita; ſi ſtyli rationem & dicendi genus, intricata ſatis, & vix magiſtris perſpicua. Inde fieri ſolet, ut hanc Lingvam, qvam ſexto ætatis anno cœperunt diſcere, vix vicenarii perdiſcant Adoleſcentes, qvũ Gallicam alii aut Italicam Lingvam triennii curriculo abſolvant pleniſſimè. v. Celeb. CELLARII *Præfat. Libr. Memorial. Latinit. prob. & exercit. Serenisſimis Auſpiciis in uſum Schol. Epiſcop. Merſeb. edit. præmiſſ.* Audiamus hic magnum illum & acutiſſimũ VOSSIUM de Arte grammatic.

tic. *Tantam*, inqvit, *Canonum exceptionum molem, qva pueritiæ ingenia hodiè obtundunt, neutiqvam neceſſariam, imò noxiam maximopere eſſe ſentio.* Qvod utinam intelligerent, qvi pueritiam in hujus artis præceptis formandam aut firmandam ſuſcepere. Nam per eos haud alia ratione Grammaticam licet diſcere, qvam diſcendis tot ſupervacuis, qvæ paulo poſt ventis tradantur. Non minus graviter nobiliſſima atqve Eruditiſſima VIRGO, *Margaretha Adelgondis van den Enden* in erudita diſputatione, qvam Antwerpiæ publicè defendit, eandem hanc fundi Grammatici præceptorum ſupervacua mul-

multitudine & ineptiis laborantis calamitatem notavit; *Latina certè*, inqviens, *tot defectibus, tot ſcatet erroribus, ut eam inter cultas imperfectiſſimam eſſe non dubitem affirmare, & huic proh dolor! addiſcendæ, non ſuo, ſed docentium & diſcentium vitio, tantum temporis tàm miſerè impenditur, cum ea poſſet, ſi methodus commoda adhiberetur, anni vertentis ſpatio ita comprehendi, ut promptius perfectiusqve à diſcipulo ſenſa animi explicarentur, qvàm nunc plerumqve fit decem annorum curriculo.* Placet itaqve Judicium NATHANAELIS DUEZ in Præf. Germ. qvam præmiſit ſuo *Gvidon de la Langve Françoise*: Es iſt viel

beſſer wenige und gute Regeln haben/ und dieſelbe allezeit in friſchen Gedächtniß an der Hand und in Gebrauch behalten/ als viel / und ihm darnach nichts zu Nutz machen können. Atq; adeò rectius ſuis hac in parte conſulunt Jeſuitæ, qvi diſcipulos ſuos non onerant multitudine præceptionum Grammaticarum, ſed paucis contenti, uſum illicò monſtrant: Grammaticam non alio, qvam, qvod revera eſt, inſtrumenti loco habent; qvo adhibito ad imitationem optimorum autorum ſtylum recte formare, & eadem opera non minus prompte loqvi, qvam ſcribere, diſcat juventus. Præterea iidem illi, qvi ſolertiæ gloriam præci-

cipuam ſibi vendicant, eandem ita formant, ut non modo animi ſenſa de rebus qvibusvis expedite valeant expromere, ſed & conſuetudine etiam publicè loqvendi adſveti, coram qvovis absqve ulla trepidatione, ac præſenti animo decenter dicere audeant, & qvemvis habitum callidè induere docti, ad qvaslibet actiones & res gerendas qvàm maximè idonei evadant. Graviſſimè itaqve *P. du Molin* in Præf. Elem. ſuis Logic. præmiſſ. *olim apprimè pueri, ubi primulum ex cunis prorepſerant, ſcientiis imbuebantur: nos circa voces conſeneſcimus, vel ultra naturæ terminos producimus pueritiam ſtudiis pueri-*

*rilibus. Ita ſit, ut dum memoriam fatigamus, judicium neglectum langveat, & inter amplam verborum ſupellectilem, in maxima tamen rerum inopia verſemur, hydropicis non abſimiles, qvi tumore aqveo pingvedinem mentiuntur.* Paucis: in pleriſqve Scholis Grammatica unicè magno nugarum apparatu in 18. annum usqve inculcatur, morum civilitas & vitæ officia negliguntur, qvæ tamen conducunt ad conciliandam benevolentiam, & ad præclaras illas animi dotes oculis commendandas. Utinam intelligerent umbratici iſti Orbilii, qvid ſibi vellent verba iſta *Ameloti in Grac. ſ. L' Homme de çour: c' eſt une*

*ma-*

*magie politiqve de courtoiſie. c'eſt un crochet galant, du quel ondoit ſe ſervir plûtôt à attirer les coeurs, qv'à tirer du profit; ou plûtôt à toutes choses. Le meritè, ne ſuffit pas, s'il n'eſt ſecondé de l'agrement, de qvi dependent toute la plauſibilité des actions. Cet agrement eſt le plus efficace inſtrument de la ſouveraineté.* Sed hæc occaſione ineptæ Inſtitut. grammat. qvaſi ἐν παρέργῳ.

Cum grammatica vernacula primum vocabula rerum ſimplicia omninò diſcenda. *Utilisſimum* namqve, *Chytræo* judice, *in prima ſtatim ætate pueris rerum vocabula ediſcenda proponere.* Ita cenſuit olim BUCHNERUS, ita MECHOVIUS,

ita alii. Eſſe in Lingvâ Latinâ citius & felicius diſcenda eam rationem optimam, & jure collaudandam, qvæ naturali Methodo à ſimpliciſſimis ad combinanda ſubindè magis compoſita procedat, cenſet etiam pl. Rever. Dn. Gottl. Fried. Seligmann/ antehac Roſtochii, nunc vero Lipſiæ Eccleſiaſtes meritiſſ. *in Id. Stud. πολυμαθ. ad alt. 5. ap. adſp.*

Neqve verò vocabula diſcenda ex rimoſa Janua, aut ex plebejo Veſtibulo, aut lacunoſô Comenii Orbe, ſed ex vocabulario qvodam, qvale Cellarii eſt.

Qvæ de Scopo Latinitatis ritè formando B. Seckendorffius, Ser. Elect. Brandenb. olim

Con-

Conſil. Intim. monuit, vid. omn. in Præfat. Diſcurſuum Politic. & Moralium ſup. M. Ann. Lucani 300. Select. Sententent. Ann. 1695. Lipſiæ edit. Es wäre wohl/ inqvit inter alia, in der Information der Jugend bey den Schulen gute Verbeſſerung nöthig/ den Scopum recht zu formiren und dienliche Mittel dazu zu brauchen. Denn anders könte man verfahren / wenn man nur die gemeine Wiſſenſchafft und Ubung der Sprache zum Zweck hätte/ anders/ wo man ex profeſſo und philologicè die gröſte Zierligkeit und Krafft ſuchen will/ welches ſo nöthig eben nicht iſt / als die gemeine Geſchickligkeit zum Leſen der Bücher oder Schrifften/ und Ausdrückung unſerer Gedancken/

cken/ bey Leuten/ die unſere Mut-ter-Sprache nicht/ aber doch La-tein verſtehen. Denn man kan nicht ſagen/ was für groſſen Nutzen brächte/ wenn wir alle ſo gut Latein reden und ſchreiben könten/ wie Cicero und andere Römer/ als ſie in den höchſten Flor ihrer Beredſamkeit geſtanden. Bey Verkehrung aber und Hindanſetzung des rechten Zweckes ſiehet man täglich/ daß die Jugend in den Schulen von 6. biß ins 18. oder wohl 20. Jahr den gröſten Theil ihrer Zeit mit Erlernung des Lateins elendiglich verzehren/ die wichtigſten Autores in proſa & ligata tractire/ und doch weder die Zierde derſelben erreiche/ noch auch die gemeine Art zu reden und zu ſchreiben ohne Fehler wider die Grammatic gründlich und be-

ſtändig genug faſſen könne. Viele oder wohl die meiſten/ wenn ſie hernach ad realia, oder zu andern Facultäten / wie mans nennet/ kommen/ ſchwitzen das ſo lange mit groſſem Zeit-Verluſt gefaſte Latein faſt gar wieder aus/ verſtehen ſchlecht/ was ſie leſen/ und wenn ſie in ſtylo Latino ſich weiter zu üben keine Gelegenheit bekommen/ vergeſſen ſie/ was ſie im Latein gelernet/ ſo ſtattlich/ daß ſie/ wenn ſie eine Weile in Aemtern geſeſſen/ ohne Anſtoß weder zu reden noch zu ſchreiben ſich getrauen.

Eadem ſentit doct. Autor Tractatus, qvi Auguſt. Vind. 1693. de re Scholaſtica prodiit. Dieſes aber/ inqvit ille p. 51. meinte ich wohl nützlicher zu ſeyn/ daß neben einem Autore Claſſi-

co

co (qvem locum Cicero & Cornelius Nepos ſupplere poſſunt) ein Scriptor unſerer Zeiten / ſonderlich Philipp. Melanchth. und Eraſmi Nov. Teſtam. zu gewiſſen Stunden/ etwa nur curſoriè exponiret würden. Dieſes wäre nicht nur für den gemeinen Hauffen/ qvorum pleriqve ſunt tardi, erbaulich (dann ja die wenigſten antiqvam Latinitatem begreiffen) ſondern insgemein gut und förderlich: daß nemlich die Burſche in ſermone ac ſtylo Latino fein läuffig würden / und durch ſolche facilität allgemach ad graviora adſpirirten. Ja/es wäre vielleicht rathſam / daß man in Scholis primis, neben explicirung tauglicher Sententiarum, bloß

bloß bey einen ſolchen wohlver⸗nehmlichen Deutſchen Landsmann bliebe. So kônten die Knaben alles deſto fertiger faſſen/ es auff ih⸗re Mutter⸗Sprache appliciren/ und leichtlich imitiren. Son⸗derlich weil es offenbahr iſt/daß/wo mit ſchwachen ingeniis, zumahlen wo die fundamenta fehlen/ ſchwe⸗re Autores antiqvos (wo hat man aber ſo leichte/ daß ſie ad captum puerilem recht tauglich wâren?) tractiret werden / die heyloſe Kerls endlich weder Roma⸗niſch/noch gemein Latein zumarckt bringen kônnen.

Cæterum Latinitas inchoanda eſt à brevibus ſententiis, ſed ex optimis Scriptoribus, ne qvid puer diſcat, poſteà dediſcendum. Non futili ergò

gò ſermone Januæ, non Patrum Hybernorum, qvos vocant, frigidis ſententiis ingenia puerorum ſunt oneranda. Meretur hic commendari *Florilegium Germanico - Latin. Sententiarum* ex optimis Autoribus *M. Bartholdi* Feindes *Hamb. excuſ.* His peractis pueris commendanda *Colloqvia* Familiaria *Corderi*, vel *Helvici*, vel *Urſini*: Seb. Caſtellionis Sac. Dialogi, qvos commendat Excell. D. Val. Alberti in Præf. Edit. qvæ Lipſ. ann. 90. prod. *Mich. Meiſneri Hortulus Romanus*, utiliſſimus libellus, in qvo nihil qvæſivit magis, qvam ut ex Cicerone nunc ſententias, nunc Apophthegmata, nunc Hiſtorias,

nunc

nunc ſimilia, nunc alia proferret, qvibus primi diſcentium anni non ad imbibendam ſolum Ciceronianam dictionem adducerentur, ſed materiam qvoqve haberent, qva in conſcribendis progymnaſmatibus, imprimisqve Chriis juvarentur. Hortulum hunc paucis abhinc annis Doctiſſimus *Erneſti*, Schol. Thom. apud Lipſienſes Rect. cum *nova ad gemmulas & ſententias, ex Nepote, & Terentio locorum parallelorum Centuria*, edidit, ſvaſerimqve adeò & ego cum Doctiſſ. Erneſti, ut loco Veſtibuli, vel Orbis picti, vel ſimilium Scriptorum, collectæ hæ ex Cicerone atqve Nepote ſententiæ diſcentibus proponantur,

tur, ubiqve probè intellectæ fuerint, ſtatim in ipſos autores intro mittantur, elegantiam ſermonis ita longè felicius ſumturi, qvam ſi qvacunqve ratione alia erudiantur. Vid. Elegantiſſ. *Præf.* ejus *in Nov. Edit.* qva Hortulum commendat, & novæ additionis rationem exponit. Porrò *Cicero* ipſe *in Epiſtolis*, ſelectis ſcil. qvæ cum ætatis captu, ſtudiis, inclinationibus conveniant; cœteræ adultioribus profectibus ſunt ſervandæ, & in Dialog. *Lælio* & *Catone*, *Terentius*, *Corn. Nepos*, *Aurel. Victor. de viris Illuſtr.* Adoleſcentibus *Jul. Cæſar*, *Ciceronis Officia*, *Scripta Philoſophica* & qvædam ex *Orationibus*: *Ju-*

*Juſtinus*, *Vellejus Paterculus* *Svetonius*, *Curtius*. Ex Poetis, *Ovidii Triſtia*, *de Ponto*, *Metamorphoſis*, *Virgilii* Poemata, *Horatii Epiſtolæ* & tandem *Odæ*. *Vorſtii Carmina ſelecta* meritò hic commendanda. Viris Juvenibus exercitatis ad alios atqve alios deveniendum eſt ſcriptores, idqve eo ordine, ut ultimo legantur, qvi plurimum à felici Auguſtæo ævo receſſerunt. vide Excell. *Rechenberg.* utiliſſimum libellum *de ſtud. Academ. p. 96. ſeqq. Bœcler. de Comparand. Ling. Lat. fac.*

NB. Hic monendi ſunt Adoleſcentes, ne in legendis Autoribus confusè procedant, ſed ordinem omninò ſervent, &

pau-

paucos, eosqve puros & emendatos duces ſibi ſeligant, ſi comtiori Latinitate loqvi velint. Monſtrum enim ſermonis pariet, qvi dictionis elegantiam jam ex Cicerone, jam ex Seneca, jam ex Curtio, jam ex Juſtino, jam ex aliis concipere cupit. vid. cit. *Præfat.* Doct. *Erneſti.*

Cœterum ad uſum ſermonis familiarem facit *Terentius*, *Cicero in Catone & Lælio*, qvi, *Bœclero* judice, ediſcendi ſunt: Ad Orationem elaborandam *Cicero*, ex Neotericis *Muretus*: Cunæus. Ex artis ſcriptoribus ſufficere poſſunt Voſſii Elementa Rhetorica à B. Mittern. edit. Chr. Weiſii ſubſidium Juvenile, & tandem Ejus-

jusdem Inſtitutiones Oratoriæ ad praxin hodierni ſeculi accommodatæ: ad Hiſtoriæ ſtylum *Jul. Cæſar, Corn. Nepos, Juſtinus, Livius*: ad artem diſputandi *Cicero de Off.* & *in Quæſtion. Tuſcul.* ad Poeticum ſtylum efformandum *Virgilius, Ovidius, Claudianus*: ex Neotericis *Barlæus*, Poeta nitidiſſimus, *Hugonis pia deſideria* ex Cl. Urſini correctione. Suppetias ferre poſſunt *Elucidarius Poetic. Schævii Mytholog.* ex Edit. Redtel. *Natal. Comes.* Ad ſtylum Epiſtolarem formandum *Ciceronis Epiſtolæ*: ex Neoteric: *Mureti, Manutii, Buchneri*. Formulæ Locorum Communium Epiſtolicorum ſecundum Metho-

dum *Joh. Starckii in Theſauro Epiſtolari* ſunt congerendæ. Reqviſita ſingulorum generum ex *inſtitutionibus Epiſtolicis Lælii, Eraſmi, Lipſii* it. ex *Reyheri Viridar. Epiſtol.* & *M. Sam.* Schmiedens *Hodego Epiſtolico.* Qva ratione Epiſtola per chriam inverſam facile, componenda noſtrisqve moribus & temporibus accommodanda, egregiè docuit Celeb. *Weiſius* in *Subſid. juven. de Artific. & uſu Chriar. it. Inſtit. Orat.* in qvibus habetur caput de conſcribendis Epiſtolis, it. in dem Politiſchen Redner.

§. 4.

Etiam *in Græcâ Lingvâ* à facilioribus ad difficiliora progrediendum. In Proſa legendum

dum N. T. adhibito *Paſoris Lexico. Plutarchi* aureus *libellus de Educat. Pueror. Iſocratis Orationes, Orationes* qvædam *ex Nazianzeno, Epictcti Enchiridion, Dialogi Luciani.* Conducet hîc *Lexicon Scapulæ*, vel *Baſileenſe.* In Vorſa *Rhodomanni Catechiſmus Minor, Theognidis Pythagoræ & Phocylidis ſententiæ, Heſiodus, Homerus* ultimo loco legi poteſt. Ex Comicis, Tragœdis, Lyricis, Epicis &c. congeſſit Poëmata ſelecta, *Vorſtius* lectu digniſſima. Conducet hîc *Lexicon Schrevelii. Grammatica* ſit *Welleri*, cum *Joh. Poſſelii Syntaxi Græca* innumeris locis & indicibus, nec non *M. Johan.* Gott-

fried *Herrichen*, Lipſ. ad div. Nic. Rectoris *Hexaſtichis, Tetraſtichis* ac *Diſtichis Græcis anniverſariis* aucta, cumqve præfat. *Conr. Sam. Schurtzfleiſchii*. P. P. Witteb. nuper Dreſdæ recuſa.

§. 5.

*In Lingv. Hebraica* præter textum V. T. puriorem & concinniorem non habemus. Ex Grammaticis optima eſt WASMUTHII unà cum OPITII *Atrio*. Eſt verò Grammatica neqvaqvam negligenda. Sic B. GEIERUS *in Obſ. ad S. Ling. Heb. Stud. facilior. ſternent. aditum* Bigæ Diſſert. in Gen. III. 15. & Jeſ. LIII. 9. 10. ſubjunct. n. VIII. *Grammaticæ*, inqvit, *cognitionem neglige-*

re

*re velle, ex qvorundam placito eſt navem permittere ſolis ventis, non curata pyxide nautica.* Qvoad ipſam Methodum tractandi Grammaticam & inſtituendi Exercit. v. allegatas modò B. *Geieri Obſervat.* & Excell. *Opitii Conſilium* Atrio præf. a. p. 29. Id verò etiam atqve etiam obſervent Philebræi, qvod illuſtre ſacrarum literarum lumen, Dn. L. Esdras Edzardus cum Troſtio graviter monet, non à præceptis, ſed ab ipſo textu fieri debere initium. Non igitur in Grammatica hærendum ſemper, ſed per illam tranſeundum, ut ad textum ipſum detur reditus. Non Grammaticæ diſcimus, non Scholæ, ſed

uſui, ſed vitæ. Nec hoc negligi velim qvod monente B. STRAUCHIO (*Aph. XI. Pæd.* in cujus ἐκθέσει autores huc facientes allegat) omninò ad vertendum, ita dare operam Lingvarum Studioſum Lingvæ Græcæ præſertim & Hebraicæ debere, ut in nudis Præceptis Grammaticis neqvaqvam acqvieſcat, ſed ut habeat qvoqve Criticæ Biblicæ rationem, ſicqve Lexicis diſcat uti & Concordantiis,(de qvarum uſu aliqvando videndus B. L. *Glauchii* Tr.) ſimilibusqve ſtudii Exeget. adminiculis. Egregie inſerviet HEINR. OPITII Novum *Lexicon Hebræo-Chald. Biblicum,* qvod nuper maximo cum

He-

Hebraizantium comodo prodiit.

§. 6.

Ad *Lingvam Gallicam* adhiberi poteſt Le vray guidon de Langue Françoiſe par Nathaniel Duez, Edit. Noviſſ. vel Paſſe-par tout de la Langue Françoiſe par Jean Jaques Scheibler, qvem plagii accuſat Matthias Cramer in lepido ſcripto, qvod Francof. nuper prodiit: vel Inſtitutio Lingvæ gallicæ Franciſc. de Fenne; Dictionaire Wiederhold: vel Nouvau Dictionaire du voyageur, Dialogues Francois par J. D. Parrival, Novellæ gallicæ (Nouvelles extraordinaires de divers Endroits) Le Secret d' apprendre la langue Françoiſe

en riant par J. Menudier, Nov. Teſtam. La Subſtance de toutes les oraiſons, de la traduction de Matthias Cramer, Maitre de Langues à Nürnb.

At *Italicam* Matth. Crameri Rudimenti Toſcani, vel Porta Maeſtra. Ejusdẽ Italico-Germ. & Germ. Italicum Lexicon, Ejusd. Nucl. omn. orat. Nov. Teſtam. Fabul. Æſop. Italæ Sax. nuper edit.

§. 7.

Ad *Arithmeticam* diſcendam adhiberi poteſt vel *Tob. Beutelii*, vel *Starkii*, vel *Reyheri* Germanici; vel *Gemmæ Friſii*, vel *Vict. Strigelii*, *Reyheri*, Latini libelli Arithmetici, vel *Chriſt. Grünebergii Sceleton Arithmeticæ vulgaris, Logiſticæ*

*& Al-*

*& Algebraicæ.* In Strigelii non præcepta ſolum, ſed & Præceptorum demonſtrationes, & alia ad univerſam Matheſin neceſſaria, continentur.

§. 8.

In *Geographicis* primas haſtas jactanti ſufficere poteſt aliqvod compendium, ut *Cellarii*, *Hildebrandi*, *Loſſii*, vel Herm. Feindes / vel *Schulteſii* cum Tabulis geographicis Viſcheri, Witteni, aliorum. Hinc proficienti induſtriæ inſerviat J. F. Pfeſſingers *Geographia curioſa*, & *Philippi Cluverii Introductio* cum æneis Tabulis *Bunonis*.

§. 9.

In *Hiſtor. Univerſ.* Comp. *Hildebrandi* cum Supplemen-

to & continuatione ad annum uſqve M. DC. XC. vel etiam *Bunonis*, vel *Wilhelmi*.

§. 10.

In *Logicis* adhiberi poteſt *Medulla Logices Scharfio-Mitternachtiana* à Dn. *Kobero* notis & obſervationibus illuſtrata, vel *Logica Scharffii*, cum Novis Annotationibus M. Joh. J. Stübelii Rect. Annæm. qvæ nuper Dresdæ prod. vel, qvæ valde placet, *Weiſii*.

§. 11.

Ad *Philoſophiæ principia* in Academiam abituris inſervire poteſt *A. Reyheri Synopſis totius Philoſophiæ*, diſcentium captui accommodata, in qva c. 1. *de Metaph.* c. 2. *de Pneumatic.* c. 3. *de Phyſic.* c. 4.

de

*de Arithmet.* c. 5. *de Geomet.* c. 6. *de Geodæſ.* c. 7. *de Coſmograph.* in genere, & *Sphæric.* in Spec. c. 8. *de Theoric.* c. 9. *de Comput.* c. 10. *de Aſtrol.* c. 11. *de Geograph.* c. 12. *de Muſic.* c. 13. *de Optic.* c. 14. *de Stathmic.* c. 15. *de Architectonic.* c. 16. *de Ethic.* c. 17. *de Oeconom.* c. 18. *de Polit.* c. 19. *de Hiſtor.* vel *Kæberi Breviarium Mathematicum & Philoſophicum.*

## CAP. III.

*Qvomodo Autores tractandi, qvidve in iis præcipuè obſervandum.*

Non hic libet transſcribere, qvæ vel ad nauſeam legi poſſunt in aliis: cum ſufficiat aliqva notaſſe, qvæ videntur

ſingularia, qvæqve vix abeſſe qveunt à prudenti Autorum judicio.

Ex Grammatica obſervandæ

I.

VOCES.

Qvi enim ſedulus architectus ſingularum Vocum, erit etiam ſermonis totius. *Verborum enim delectus eſt origo eloqventiæ*, ait *Cæſar* apud *Cic. in Brut.* §. 253. Eſt autem maxima habenda ratio earum vocum, qvas nobis reliqvit aureum ejus Lingvæ ſeculum. v. *Voſſius de Vit. Serm. Lat. Vorſtius de Lat. meritò & falſò ſuſpect. Cellarii Anti-barb. cum Cogit. Poſter. Ol. Borrichii* Danorum in hoc ſtudiorum genere facilè doctiſſimi

Co-

*Cogitationes: J. G. Seyboldi Anti-barbar. Voigtii Latinit. corruptæ atq́ve incorruptæ Indices.* Neq́ve tamen ut putidas & ineptas rejici ſtatim par eſt, ſi qvas temporum ſeqventium vel conſvetudo, vel neceſſitas invexit. Ut enim *extremam* cum Cl. *Weiſio* (*Præf. de Arg. Inſcript.*) *deteſtor barbariem, nec patiar aliqvid committi, undè vapulet Priſcianus; ita viciſſim à ſervili ſuperſtitione ſemper abhorreo, qvæ nullam vocem admittit Ciceroni non obviam.* Utut præcipuus in Latinitatis regno Cicero fuerit, ab ipſo tamen uno Latinitas petenda ſemper non eſt, qvo in errore fuerunt ſuperioris ſeculi eruditiſſimi

qvidam viri *Bembus*, *Manutius*, *Calepinus*, *Toletus*, & ipſe etiam aliqvandiu *Muretus*, ac plures alii. Confer. ſis. *Muretum Var. Lect. l.* 15. *c.* 1. *Eraſmum de Cop. Verb. l.* 1. *c.* 20. & pec. lib. qvem *Ciceronianum* inſcribit. *Sturmium* ſing. *Lib. de L. L. reſol. Rat. Lud. Vivem l.* 3. *de cauſis corrupt. art. Lipſium* pecul. Orat. *Becmannum Manud. ad LL. c. X. Taub. l.* 2. *Ep. ad Joh. Weidn. Phil. Caroli, Not. Phil. ad Trig. Solœcis. p.* 47. aliosqve. Cæterum obſervanda *civilia*, *Oratoria*, *Poëtica*, *ſingularia*, i. e. qvæ ſemel tantum dicuntur, *dubia* ob varias Lectiones, *Comica*, qvalia ſunt Plautina, qvàm plurima neqvaqvam in ſeria oratione uſurpanda. v.

*B. Mor.*

*B. Morhof. Polyh. Lit. Part. II. l. 3. p. 14. ſeqq.* ubi exempla ſuppeditat. item *elegantia Compoſita, decompoſita, μέσα, rariora, Camparativi, Superlativi uſitati, non uſitati, deminutiva, ſubſtantiva mobilia* &c.

*Poeticæ voces* non conveniunt ſolutæ Orationi, niſi id fiat magno cum judicio. Habent & Medici, JCti, Theologi, Architectæ, Geometræ ſua vocabula, qvalibus non niſi tempeſtivè & congruenter in eleganti contextu utendum eſt, qvanqvam, ut ſupra dixi, nihil impedit, qvo minus hîc liberius agamus.

II.

PHRASES.

Hic obſervent qvæ *verba*

*Sub-*

*Subſtantivis*, & qvæ *Subſtantiva verbis* adjiciantur. e. g. fructum capere, animo concipere, votis expetere &c. Non enim cuivis verbo qvævis nomina jungere Latinè loqventi ſcribentiqve licet. Verbum *reddere* multa recipit nomina, ſed non certiorem reddere, pro facere certiorem. Qui primarias Orationis partes nomen & verbum, harumqve juncturam accuratius notaverit, brevi facilem ſibi & vocabulorum & phraſium copiam comparabit. In ſubſidium accedunt Lexica, qvæ ſingulis ſubſtantivis ſua ſimul verba ab Autoribus Claſſicis adjecta ſeduló ſubjiciunt. *Medulla Latinitatis Wendelini*,

*Flos*

*Flos Latinitatis*, ex Autorum LL. Principum monumentis excerptus *à R.P. Franc. Pomey*, S.I. *Sylvula Phraſium Seyboldi* hic merito commendantur. Sæpè tamen valet argumentum ab Analogia. An colligi debeant Phraſes, & an ea ſedulitas qvicqvam conferre poſſit ſtylo, nolo hic determinare. vid. interim *Weiſii Inſtit. Orat. p.* 401. 451. it. in *Præf. Comp. Grammat.* De exerpendi ratione vid. Celeberrimi *Morhofii Polyhiſt. part. II. l.* 3. Selectiora verò & rariora præcipuè ſunt colligenda, ut *Cic. Brut.* § 66. Catonis luminibus obſtruxit: hæc poſteriorum qvaſi exaggerata altius oratio. *Obſtruere luminibus*

*bus* propriè das Licht verbauen/ deinde ſua claritate alterius præſtantiam obſcurare. *Juris-jurandi gratiam facere*, i. e. præſtiti juris jurandi religione abſolvere. *Ætatis gratiam facere*, qvod vulgo *diſpenſare* dicunt. Imprimis verò notanda eſt arcana illa *Particularum* & *Adverbiorum* venuſtas in his & ſimilibus: Homo *ingenioſè neqvam*, vocabulum *non malè novum*, puer *laborioſè ineptus*. Sic etiam *avarè ſuperbeqve imperare*. *Acutè arguteqve conjecit*. Cic. *Luculentè ſcripſit*. id. *dicebat* Mutius *enucleatè & politè*. id. Hæc cum *graviter*, tum ab exemplis *copioſè*, tum *variè & facetè* explicans. Non negligenda

da etiam notabilia *epitheta*, *anthiteta*, de qvibus, & qva ratione Loci Communes compendioſè conficiendi, coram dicemus. v. *Morhof. Polyhiſt. Lit. P. II. l. 3. p. 15.* Obſervandi etiam *Germaniſmi Latini*, ne omnia timeamus, ſed qvæ verè Latina ſunt, iis ſecurè & liberè utamur, de qvibus præter *Vorſtium de Lat. falſo ſuſpect.* v. *Arnoldus Ornat. LL. Mantiſſ.* 1. *p.* 399. *ſeqq. Morhof. l. c. p.* 21. *ſeqq.* de Miſcellaneis & Collectaneis Oratoriis. v. *Weiſii* gelehrt. Redner l. 1. & 2.

Nec etiam lecta tantum inferenda, ſed & viſa & audita. Conculi meretur Drexel. Aurif. cum additam. methodi excer-

cerpendi ſuccinctioris Mart. Berg. Antw. 1658. Uratislav. 1658. Colon. 1672. in forma minima edita. Keckerm. Conſ. de L. C. Titii Manud. ad excerp. Item Jac. Thomaſii Conſilium de Loc. Com. Erotem. Rhet. affixum.

Porrò Autores vivos, eosq́; invidia vacuos conſuluiſſe multum intereſt. Teſte enim Vicent. Placcio de art. excerp. p. 14. aliqva tot minutiis conſtant, ut ſatis exactè literis mandari non poſſint, ſed clariùs & longè faciliùs oculari inſpectione repræſententur.

III.

ORDO.

Qvoties legitur Autor melioris notæ, ſatis eſſe non credi-

dimus vocum captare qvales qvales elegantias: Juſtus enim ſi abſit ordo, jam Latiniſmi ſuam videntur amiſiſſe gratiam. Accuratè igitur in Autoribus interpretandis vocum ordinem Adoleſcentes ſpectent, & qvæ artificioſa ratione coagmentata, & cum gratia qvadam (ut ſic dicam) confuſa mixtaq́; ſunt, obſervent. Exempla ſuppeditat Cl. *Weiſius in Inſtit. Orat.* ex *Cic. Ep.* 1. *l.* 2. *Fam.* nos coram dabimus ex Ciceronis Epiſtolis alia, & in Lect. publ. qvotidiè damus: Inſervit hic *Arnoldi Ornatus* LL. qvi in manibus ferè omnium eſt. *Id etiam atqve etiam notent Auditores mei, parum elegantiis ſufficere Aucto-*

*rum*

*rum conſcribere Phraſes, niſi & Ordinis & Conſtructionis ratio conſtet.*

## IV.

## CONNEXIO.

Connexiones ſeu particulæ arenis paſſim fluentibus velut calcem ſuppeditant. *Maxima in hiſce particulis ſtyli verſatur elegantia, adeoq; probè obſervandæ.* v. *Epiſt. noſtram ad Amic. de inform. Puer.* Hic operam ſuam non malè collocat, qvi *Turſelinum de Partic. à Jacob. Thomaſio* recogn. & locupletatum evolvit & intuetur.

## EX RHETORICA OBSERVANDA.

### I.

### COMPOSITIO.

Hæc rebus juſtum ac prudentem indulget ordinem, ne poſteriore legantur loco, qvæ poni jam debebant priori: tum ipſis vocabulis ſuum reliqvit juncturam, ordinem, periodum, numerum, ſeu generali vocabulo, Euphoniam, proverbia & locutiones proverbiales ceu aromata parcè inſpergit, cæteraqve omnia ita ponit, ut influant qvaſi in animum legentis diutiusqve hæreant. v. Voſſ. Rhet. l. 4. c. 1. §. 5. ſeqq. Weiſ. inſtitut. Orat. p. 405. Rabeneri Fundam. Styl. Arnold. Ornat. L. L. Mantiſſ. 3

Con-

Conſpicitur præcipuè apud oratores, pleriqve cæteri ſcriptores magis minusq; ab iſta arte συνθέσεως trahunt. In Corn. Nepote & Jul. Cæſare ſimpliciter & illaboratè, convenienter tamen & jucundè omnia ſunt collocata, adeo, ut ad eam ſimplicitatem vix Doctiſſimus qvisqve adſpirare poſſit. v. *Bæcleri. Diſſert. de Comp. L. L. fac. p. m.* 24. Legantur omninò qvæ *Dionyſius* de ſimplicitate characteris Lyſiaci tradit, qvam maximis eloqventiæ ſpeciminibus æqvat, multosqve imitandi conatu potius qvam ſucceſſu id expertos eſſe tradit. De Ciceronis ubertate & facilitate, de Curtiana Compoſitione diligen-

gentiori, qvam ſententioſa verborum brevitas commendat: De Liviana ubertate, de Salluſtiana ſeveritate, de Taciti novitate magnifica, de compoſitione arguta, & à vulgi conſvetudine remota Senecæ, & ex Neotericis Barclaji, de conciſo & abrupto ſcribendi genere, qvod Lipſius affectavit, dicemus coram.

Optima (non diſſimulare poſſum) σύνθεσις & collocatio eſt, & ad Eloqventiam veram adſpiraturis maximè notanda, ſi videbitur non eſſe præmeditata, ſed nata ex tempore, & excidiſſe nobis tanqvam familiariter colloqventibus. Gall. à la negligence. Hæc verò poſt frugi & ſeriam Au-

torum Lectionem demum perfectè intelligitur. De tribus dicendi generibus v. Rhetores. Ut verò judicandi onere ſubleveris, qvo pleriqve Autorum charactere uſi fuerint, v. Rabneri de ſtyl. Eleg. lit. D. 5. ſeqq. Edit. Lipſ.

## II.
## USUS STYLI, SEU ACCOMMODA EJUS APPLICATIO.

Hæc conſpicitur in diverſis eloqvendi & applicandi modis, & obtingit, qvando talia verba rebus attribuuntur, & tali Stylo eædem narrantur, qvalem reqvirunt. Nil prodeſt verba eſſe Latina, ſignificantia & nitida, figuris etiam numerisq́; elaborata, niſi cum iis,

in qvæ judicium duci, formariq́; volumus, conſentiant. Si genus ſublime dicendi parvis in cauſis, parùm limatũ grandibus, lætum triſtibus, lene aſperis, minax ſupplicibus, violentum jucundis adhibeamus. Non uno igitur ubiq́; atq́; eodem Orationis genere utuntur Autores, ſed prout res, de qvibus dicunt, comparatæ ſunt, ita inſtituunt Orationem, & nunc ſubtiliter ac preſſè, nunc contrà ampliter & copioſè dicunt. v. *Qvintilianus l. II. c. 1. Cic. in Brut. c. 21. Tacitus. in Dialog.* qvi *F. Qvintilianô aliàs attribuitur c. 22. §. 6. & c. 30. §. 6. Voſſius Or. P. c. 6. §. 1. Buchnerus Ep. 7. l. 2. Ep. 32. l. 2.* Prodeſt etiam iſtam applica-

tionem obſervare ideò, ut virtutes diſſimilium Autorum, qvos legimus, melius perſpiciamus, & ut unusqvisqve obſervet, ad qvod genus naturâ videatur magis appoſitus.

Loqvuntur verò Autores vel *familiariter, & ſimpliciter*, vel *elaboratè & graviter*, vel *nitidiſſimè & comptè*. Qvantum ad *Familiarem ſtylum* attinet, is vel qvadruplici uſu ſe exerit. (1.) in *qvotidianis ſermocinationibus & mutuis colloqviis*, diciturq; hic ſtylus Dialogiſticus. Exempla habemus in colloqviis, qvæ extant, variis. (2.) in *Epiſtolis Familiaribus*. Dicitur ſtylus Epiſtolicus. Attamen aliqvid eminentius eſt in Epiſtola, qvàm in ſermone aut

collo-

colloqvio familiari, qvia, qvod ſcribitur, paulo plus reqvirit curæ, qvã qvod inter loqvendum qvaſi effunditur. (3.) *in docendo*, qvod fit vel ore, vel calamo. Dicitur ſtylus Didacticus vel Didaſcalicus. (4.) in *Hiſtoriis & narrationibus*. Dicitur ſtylus Hiſtoricus, deqvo lege peculiarem libellum *Scioppii*. *Elaboratè & graviter* loqvuntur tribus modis: (1.) *in Orationibus deliberativis & judicialibus*, & dicitur ſtylus Oratorius. De qvo *Schefferus de ſtylo* notat, qvòd habeat verba exqviſita, figuras tempeſtivas decorasqve, & qvòd totus factus ſit ad Majeſtatem, vim & efficaciam. Exempla habemus in *Cicerone*, *Mureto*,

*Buchnero.* (2.) In *Proſopopœiis Hiſtoricis* potiſſimum qvoad Orationes, Actibus Tragicis Comicisqve, pro re nata, ut & Legationibus, & dicitur ſtylus acutus & ſententioſus. Exempla ſuppeditant Orationes ex *Livio, Curtio, Salluſtio*, &c. collectæ, & in Actibus Tragic. *Seneca Tragœdus.* (3.) *In Præfationibus ad Magnates*, & dicitur ſtylus Encomiaſticus. Exempla ſuppeditat *Plinius jun. in Epiſt. & Panegyric.*

*Nitidiſſimè & comptè* ſermocinantur rurſum 3. Modis. (1.) *In Orationibus Epidicticis, ſeu Laudatoriis*, & dicitur ſtylus Epidicticus & Panegyricus. De hoc ſtylo v. *Cicero*

*Brut.*

*Brut. c.* 13. Exempla ſuppeditant *Heinſius*, *Avancinus*, & Orationes collectæ variarum rerum collaudatarum. (2.) *In Satyricis ſcriptis & Apologeticis.* Dicitur ſtylus floridus. Talem habent *Barclaj* & *Apuleji* ſcripta. (3.) *In Præfationibus ad Lectorem, & Diſſertationibus Philologicis.* Dicatur ſtylus Miſcellaneus ſeu Criticus.

Hîc verò in genere apprime notandum, qvòd una eademqve Oratio non neceſſario tota debeat unius tantum formæ, aut characteris eſſe; ſed qvod poſſit una eademq; Oratio ex triplici forma aut charactere aliqvid participare, ita tamen, ut una forma in eadem

Oratione dominetur, & præponderet. Miſcentur ſæpè genera inter ſe, ſicut Muſici ſonos miſcent. De tota Oratione judicium fit ex ſtylo, qvi dominatur. Conf. *Keckermannus Syſtem. Rhet. Spec. l.* 1. *c.* 26. *&* 27.

## III.
## DIGNITAS.

Hæc verbis pondus addit, & fundamentum habet 1. in Elegantiis Realibus. 2. in dictione Arguta. 3. in dictione Sententioſa. 4. in dictione amœna. 5. in Figuris.

### I.
### ELEGANTIÆ REALES.

Elegantiæ, qvibus conſtat Elocutionis pulchritudo, ſunt vel verbales, vel Reales. v. de

 his

his prolixè diſſerentem Cl. Weisium *in Inſtit. Orat. l. 2. c. 3. p. 448. ſeqq.* Sufficiat hîc unicum Exemplum. *Cicero in* 13. *Ep.* 19. commendat Aſclaponem, qvod ſibi tum ipſa ſcientia, tum fidelitate, benevolentiaqve ſatisfeciſſet. Habemus hîc ideam & boni Medici, & in genere viri boni, qvi tum humano generi eſt utilis, cum pollet ſcientia, fidelitate, benevolentia. Vocantur Elegantiæ Reales alias *Expreſſiones* (Gall. *Expreſſions elegantes,*) wenn man mit den Worten curieux und nachdrücklich umbgehen kan / de qvo vid. etiam *Weiſii* gelehrten Redner *Part.* 2. Oriuntur ex *doctrina, experientia, judicio.* Nam qvi ſcribere aliqvid vult,

qvod profundas habeat verborum ſignificationes, is rei, qvam ſcripturus eſt, ideam ſ. debitam perfectionem exprimit, qvam cognovit à Doctrina, vel circumſtantiam aut aberrationem à perfectione Ideali, qvod petitur ab Experientia; vel qvantum res laudari & commendari, aut ex adverſo contemni ac vituperari debeat, exponit, qvod eſt judicii.

## II.
## DICTIO ARGUTA.

Hujus explicationem dedit uberrimam Cl. WEISIUS in pec. libello, qvem inſcripſit *de Poëſi hodiernorum Politicorum ſ. de argutis Inſcriptionibus*, qvẽ hîc potius allegare, qvàm exſcri-

ſcribere libet. Nucleum dicti libelli tribus plagulis in uſum & gratiam Studioſæ juventutis repetiit nuper *M. J. Erneſt. Bergerus in Sciath. Inſcript. Arg.* v. etiam *Weiſii Inſt. Orat. l.2.c.4.p.487.ſeqq.* Hîc utramq; faciunt paginam acumina. Acumen Mathematicum eſt duarum linearum ſ. duorum Laterum in unum punctum concurſus. Metaph. Oratori eſt diſcors concordia Subjecti & Prædicati in Oratione, vel eſt diſcors concordia, & concors diſcordia. v. *Becker. l.* 1.9.7. Exempli c. *omnis copia, quæ non eſt Deus meus, mihi eſt egeſtas.* Auguſtin. *Romani mentem inter Deos collocantes mentem non habuerunt.* Lactantius

l.1. c.20. *Qvid mirum, ſi ab hac ipſa Roma univerſa flagitia manarunt, apud qvam ipſa vitia religioſa ſunt.* Id. ibid. Sic cum *Auſonius Epigr.* 126. probare vult, quod pauper egeat minus qvàm dives, infit: *dives eget gemmis, pauper pane.* Germanica iſta: Gottes verzügliches abſchlagen/ iſt ein deſto kräfftigers Ja ſagen: bey Menſchen gehet es alſo: Weñ man auch den beſten vermeynten Freund warumb anſpricht/ ſo wird uns nichts abgeſchlagen/ als warumb man bittet. Ein kluger Narr meynet/ er habe 2. Salomon in Kopffe. Inſigni emolumento B. *Müllerus* apud Roſtochienſes in Meditationibus, qvas non immeritò dixit Erqvickſtunden/ hoc argutiarum

rum genus ad ipſa fidei exercitia deduxit, ut, an præponderet mentis pietas, an calami venuſtas, Lector dubitet.

III.

## DICTIO SENTENTIOSA.

Sententiæ habentur vel *diſtinctæ*, vel cum reliqvâ conſtructione connexæ. *Diſtinctæ* ſunt, quæ puncto ſeparantur à cœteris & peculiarem velut periodum faciunt. Sic Scytharum Legati ad Alexandrum: *Fortunam preſſis manibus tene. Lubicra eſt, nec invita teneri poteſt. Salubre conſilium ſeqvens, qvàm præſens tempus oſtendit melius.* *Connexæ* ſunt, quæ continuo ſermonis fluxu velut admiſcentur. vid. *Bœcleri.*

*ri Diſſert. de compar. LL. facul. p. m. 29.* ubi monſtrat, totum c. 13 Nep. in Attic. ſententioſa expoſitione conſtare. Sic ab initio ſtatim, cum inqvit: *neq; minus ille vir bonus paterfamilias habitus eſt, qvàm civis:* ſtatim apparet Sententia; conjungendas ſcilicet has laudes in ſtudio viri boni officioq;. In illis quæ ſeqvuntur, non minus Hiſtoricum qvàm Philoſophum Practicum agit. Quis non agnoſcit officium & virtutem boni patrisfamilias in iſtis: *nemo illo minus fuit emax, minus ædificator* &c. De inventione & Elocutione Sententiarum vid. WEISIUS qvi inter Philologos noſtri temporis tantum caput extulit, qvantum

tum cupreſſi ſolent inter viburna, in Inſtit. Orat. l. 2. c. 5. p. 500. ſeqq.

## IV.
## DICTIO AMOENA.

Amœnitatis vocabulo comprehenduntur, qvæ Auditoribus aliqvam auſcultandi voluptatem excitant, & grato velut condimento ſermonem reddunt jucundiorem. Conſiſtunt verò amœnitates vel in verbis, vel in Alluſionibus, vel in Realibus, de qvibus omn. vid. WEISIUS *in Inſtit. Orat. l. 2. c. 6. p. 515. ſeqq.* it. In kurtzen Bericht von Politiſchen Näſcher. Exempla dabimus coram.

## V.

## TROPI & FIGURÆ.

Vid. WEISIUS *Inſtit. Orat. l. 2. c. 7. p. 544.* Obſervanda præ cœteris Metaphora, Metonymia ſigni, Synecdoche numeri, Allegoria, Antonomaſia periphraſtica, Anaphora, Proſopopœia, Anadiploſis, Polyſyndeton, Gradatio, Epizeuxis & ſimilia: de qvibus omnibus VOSSIUM conſule *in Inſtit. Rhet.* Breviter & ſummatim ac velut ſub uno conſpectu de illis agit *Cicer. l. 3. de Or. c. 39. & 40, & L. eod. c. 53. & ſeqq.*

## VI.

## DISPOSITIO.

Spectata apud dicendi Magiſtros diſpoſitionis forma, ſit & tuæ imitationis norma.

Diſ-

Diſpoſiturus verò aliorum Scripta, ſi vel maximè confuſa, videat, qvis Scribentis ſit ſcopus, theſis & propoſitio. Hanc ante omnia eruat, locoqve centri conſtituat, ad qvod reliqva collineent. Illud verò commodè præſtare poteſt, cum ſingulas periodos ab illuſtrationibus & parergis ſeparat, obſervatqve qvid in iis ſit præcipuum. Et ubi ſic proceſſerit ad finem Scripti, inter ſe conferat realia breviter congeſta, tunc videbit, qvid theſin, qvid ætiologias ſ. rationes, qvid illuſtrationes, & in Epiſtolis, qvid conſeqvens, vel propoſitionem, qvid connexionem vel propoſitionis Argumenta, qvid Antecedens,

qvid

qvid formulam initialem & finalem in ſe contineat. *Dici non poteſt* (inqvit M. G. Hoffmann *in Diſſ. Rhet. de Artif. Ep.*) *qvantum non modo in reſolvendis Epiſtolis confusè ſcriptis, ſed & in diſponendis integris libris, qvi nec in capita methodica diviſi ſunt, nec methodum apertam teſtantur, interpretem adjuvent artificium excerpendi & artificium excerpta comparandi.* Exemplo ſit *Ep.* 11. *l.* 2. *ad Attic.* qvam nuper explicuimus. In Sturmio eſt Epiſt. 16. l. 2.

## SCOPUS EPISTOLÆ.

Ut Ciceronem Atticus de rebus, qvæ & Romæ & in Rep. gerantur, certiorem faciat.

Cur

Cur ita? qvoniam ignarum ſe qvid agatur, aliundè id, niſi per Atticum, ſcire poſſe negat. Hæc ſumma. Nunc Epiſtolæ partes perſeqvemur:

1. Primo ponitur qvaſi *Propoſitio* qvædam, *Relegatus in Formiano mihi videor.*

2. Hujus *Ætiologiam* ſ. rationem ſubdit: *qvia prius Antii cum eſſem, optimè omnia ſcivi, qvæ gererentur, nunc non.*

3. 1. Confirmatio rationis ſ. Ætiolog. *Nam me tuæ literæ* &c.

2. *Nunc ſcire nihil poſſum.* Addit exceptionem: *Niſi qvod obiter fortè* &c.

4. Concluſio. *Qvare velim uberes ad me literas des.*

Videsne qvam aptè partes Epi-

Epiſtolæ hujus cohæreant. Imitentur hoc Adoleſcentes, caveantq́, ne ſermo Epiſtolæ fluctuet,& qvaſi ambiguis paſſibus erret, ſed ut apte ſeqventia ad priora accommodentur, & reſpondeant, neve qvid ipſi in ſcripto ſuo relinqvant, velut truncatum, ſed & inchoata perficiant,& alienum nihil addant. Ex Regulis Clariſſimi WEISII Diſpoſitio hæc eſt.

*Antecedens* : Poſtqvam in Form. ſum, omnium rerum ſum ignarus.

*Ætiol.* Nam nullus erat, ANTII cum eſſem, qvo die ex tuis literis non melius ſcirem, Romæ qvid gereretur, qvam ii, qvi Romæ erant.

*Connexio*: Cum v. nunc nihil ſci-

ſcire poſſim, niſi qvid ex prætereunte viatore exceptum eſt.

*Conſeqvens:* Qvare velim uberes ad me literas des.

Plura dare poſſem; ſed brevitatis ratio habenda eſt. v. *Weiſii Inſtit. Orat. l. 2. c. 2. de Conſcrib. Epiſt. p. 623. ſeqq.*

Tandem etiam RERUM cura habenda eſt.

Scholæ tantum diſceremus, non vitæ, niſi in qvovis libro cum verbis velimus ipſarum qvoq; rerum uſum ſpectare. Verborum itaq; prior rerum potior cura eſt adhibenda, ut tamen locum habeat illa *Terentii Phor. 3. 3. 19.* ἐυφημία juncta admonitio: *Deus bene vertat, qvod agitur, pedetentim tamen.*

Nem-

Nempè pedetentim & gradatim acceſſus ſunt ad res cum modo faciendi. Omiſſis itaqve Politicis Obſervationibus, qvæ ex Philoſophiæ penetralibus depromi poſtulant, non negligenda Adoleſcenti.

## I. GEOGRAPHICA.

Hîc obſervetur *I. Regio*, in qva conſideranda nomina, vetera, recentia. *II. Ditio hominum ſuperiorum, noſtrorum. III. Nomen urbis* & ratio nominis. it. conditor, amplifiator &c. *IV.* (1.) *Flumina.* (2.) *Mare alluens aut portus.* (3.) *Montes.* (4) *Sylvæ.* (5) *Opera publica*, qvæ vel ſacra, ut baſilicæ, monaſteria, templa, vel profana, ut palatia, arces, fora, armamentaria

ria &c. vel privata, ut qvæ in civium ædib9 inſignia. (6.) *Ratio gubernationis*, ad qvam pertinent (1.) curia. (2.) Scholæ. (3.) vulgi mores.

Ad Scriptores Antiqvos inſerviet *Index Geographicus Buchneri* Cornel. Nep. ſubjunct. Edit. Noviſſ. Curtium cum Tabulis Geographicis edidit Clariſſ. *Cellarius*, & nuper Corn. Nep. Julium Cæſarem Dn. *Merbitzius*, Schol. Dreſd. Con-R.

## II. CHRONOLOGICA.

Hîc temporis, qvo res acta eſt, ratio habenda. Nimirum tanqvam cœcus in ſylva verſabitur, qvi ſine hiſce duobus Hiſtoriæ oculis Hiſtoriarum ſil-

ſilvas luſtrabit. Inſerviet Index Chronologicus Cor. Nep. Edit. Noviſſ. Buchnerianæ ſubjunctus. Inprimis *Chriſt. Schraderi Tabulæ Chronolog.* & *Chriſt. Weiſii* non ita pridem editæ.

III. Προσωπολογία, SEU PERSONARUM CONSIDERATIO.

In perſona pernoſcenda ſpectentur 1. Nomen. 2. Patria. 3. Parentes. 4. Educatio. 5. Indoles & ingenii vis atqve dotes. 6. Mores, virtutes & vitia, vulgo qvalitates. 7. Fortuna. 8. Fama & exiſtimatio. 9. Res geſtæ, muneris functio, honores. 10. Amicitia. 11. Conjugium. 12. Proles, εὐτεκνία, πολυτεκνία. 13. Vitæ exitus. Huc per-

pertinent etiam præclarorum & doctorum virorum, Scriptorum celebrium elogia. In his notandis formandisqve ſingularis Artifex eſt *Vellejus Paterculꝰ*. Hæc ideò obſervanda, ut propria virorum illuſtrium & celebrium nomina nobis ſint virtutum, doctrinæ, & morum incitamenta. Sic *Vell. Pat. l.* 1. *c. V.* §. 1. de Homero: *Clariſſimum deindè Homeri illuxit ingenium ſine exemplo maximum, qvi magnitudine Operis & fulgore carminum ſolus appellari poëta meruit. In qvo hoc maximum eſt, qvòd neqve ante illum, qvem ille imitaretur, neqve poſt illum, qvi eum imitari poſſet, inventus eſt.* Lib. II. c. 35. §. 2. *Cato homo*

*virtuti ſimillimus, qvi nunqvam rectè fecit, ut facere videretur, ſed qvia aliter facere non poterat, cuiqve id ſolum viſum eſt rationem habere, qvod haberet juſtitiam, ſemperqve fortunam in ſua poteſtate habuit.* (Dubitas de hoc ultimo? Noli; In manu noſtra poſitum eſt, fortunam adverſam debellare. Arma, qvibus domatur, ſunt innocentia & conſtantia. v. BESSEL. *Faber. Fort. it. Diſput. de fabricanda fortuna Propria,* Lipſ. A. 1688. ſub Præſ. D. VAL. ALBERTI habita. Verum eſt, qvod Balthaſar Caſtiglione alicubi ingenioſiſſimè ſcribit: la prudenza humana corregge ſpeſſo la mala fortuna, come buon guiocatorei tratti mali de

de dadi col menarben le ta-vole.)

Elogium Neronis: *Monſtrum, & lutum humano ſangvine maceratum.*

NB. Elogium non eſt ein Lobſpruch/ ſed teſtificatio de aliqvo honoris vel vituperationis causâ, ſimplex ſententiæ ſignificatio. Ein Ausſpruch/ Auſſage/ Bezeugung von iemand. Eſt enim Elogium qvaſi Eloqvium. vid. *Corvin.* non Eulogium, qvod improbat *Schefferus Gymnaſt. ſtyl. p.* 105. Inſerviet hîc *Magiri Eponymologicum* cum Additamentis *Chriſt. Wilh. Eybenii.*

IV. ANTIQVITATES.

Hîc notent ritus varios, publicos, privatos, convivales,

 (de

(de qvibus *Stuckius*) nuptiales, funebres, (*Curtius* de Brachm. *l.* 8. *c.* 9. §. 28.) ſacros, civiles. *Nihil antiqvitatis penitus ignoretur*, inqvit alicubi ſacratiſſimus Imperator. Ad Antiqvitates Roman. pernoſcendas inſerviet *Hildebrandus*, *Phil. Caroli in Antiqvit. Roman.* ſuccinctè, plenius *Kippingius in recenſu Antiqvit.* prolixè *Roſinus*. Ad Græcas *Meurſius in Græcia feriata*, *Joh. Philipp. Pfeifferus in Antiqvit. Græc. Gentilium* in 4to. Ad Hebræa *D. Auguſt. Pfeifferus in Antiqvit. Hebr.* Lipſiæ an. 1687. edit. Goodwin. Moſ. & Aaron cum Notis Reizii & Witsii, 8. Brem.

V. ME.

## V. MEMORABILIA CÆTERA.

Apud *Curt. l. 3. c. 9.* eſt memorabilis aciei Perſicæ Darii inſtructio: Memorabile ap. *Juſtin. l.* 11. *c.* 10. §. 18. Xerxes ſeptingenta millia de regno armaverat, & trecenta millia de auxiliis. *Juſt. l.* 2. *c.* 13. ſtatura regia & corpus raræ magnitudinis Pori Ind. Regis. *Curt. l.* 8. *c.* 13. §. 7. Imperatoria forma Iphicratis. *Corn. Nepos. Iphicr. c.* 3. §. 1. Memoratu digna eſt contentio, inter Scythas & Ægyptios de generis vetuſtate ap. *Juſtin. l.* 2. *c.* 1.

## IN POETARUM LECTIONE
peculiariter obſervanda

## I. INVENTIO.

Hæc in Carmine utramqve facit paginam. Unde eam petant Poetæ, ex *Weiſio* coram dicturus ſum. Hic enim laudatus Vir primus ſatis ingenioſè oſtendit, qva ratione Loci Topici poſſint fontes Inventionum Poeticarum uberrimi conſtitui, qva de re vid. *c. 3. Præceptor. Poeticor.* qvæ inſerta leguntur Tractatui, der grünenden Jugend Nothwendige Gedancken. it. in curiöſen Gedancken von deutſchen Verſen *circ. fin.* Conf. Dn. M. Alb. Chriſt. Rotthens / Vollſtändige deutſche Poeſie / ubi multa ad copiam Inventionis facientia. vid. porrò B. *Morhofii Hyle Inventio-*

*num Poëticarum Polyhiſt. Part. 2. l. 3. c. 12.*

## II. DISPOSITIO.

Pleraqve fortaſſe ordinata ſunt, ut vel habeant theſin, ejusqve variam confirmationem, vel porrò Propoſitionem, Applicationem & Concluſionem, vel Antecedens ponatur & conſeqvens, vel tandem unius Subjecti nervoſa colligantur Prædicata.

## III. ELOCUTIO.

Hîc affirmare minimè dubito, ſi qvis Poeticæ dictionis vim, & diſcrimen attentius perpendat, illum mihi aſſenſurum dicenti, peculiarem iſtam Poetarum elegantiam totam ferè in figuris Syntaxeos, Tropis Rhetorices E-

numerationis loco, deſcriptionis, inductionis figuris, uſurpatione fabularum, & certis qvibusdam loqvendi formulis, & Idiotiſmis Poeticis contineri.

Sume, qvẽ volueris Poetam, evolve illum diligentius, in omnes ejus partes confer oculos; & ſi qvi te verſus præ cœteris delectent, ſi qvid tibi novum, elegans, & admirabile, appareat, hujus novitatis tuæqve admirationis cauſam inqvire; ac niſi elegantiam, & admirabilitatem illam ex iis cauſis, qvas modo attuli, oriri tu ipſe comprobaris, causâ me protinus fatebor cecidiſſe.

Ob-

Obſervandæ igitur

## I. FIGURÆ SYNTAXEOS.

Hæ ſunt Enallage, Appoſitio, Ellipſis, Synecdoche, & Helleniſmus.

## ENALLAGE.

Hic vel caſus mutantur, ut in Virg. de fatali Eqvi Trojani machina dicitur:

*Illa ſubit, mediæq; mirans illabitur urbi,*

Cum ex Reg. Synt. dicere debuiſſet, in mediam urbem.

Vel mutantur tempora, v. g.

*Qvos omnes undiq; Grajæ*
*Circum errant acies, & ni mea cura reſiſtat,*
*Jam flammæ tulerint, inimicus & hauſerit enſis.*

Virg.

 i. e.

i. e. Qvos Græci circum-ſtant, & qvos, niſi mea cura reſiſteret, jam flammæ abſtuliſſent.

## APPOSITIO.

*Mitto tibi inſipidas, fabrorum prandia, betas.* Mart.

## ELLIPSIS.

*Dii meliora piis, erroremq; hoſtibus illum.*

Subintell. tribuant piis meliora, injiciant errorem illum hoſtibus.

## SYNECD. SYNTAX.

*Omnia Mercurio ſimilis, vocemqve caloremqve,*

*Et flavos crines, & membra decora juventæ.*

*Scutis protecti corpora longis.* Virg.

## HELLENISMUS.

*Senſit delapſus in hoſtes.* pro, ſe delapſum.

## 2. TROPI RHETORICES.

Metaphorarum & Troporum ratio ſingularis habenda eſt, cum orationis lumina ſint, qvibus illa illuſtratur, ſublimis, gravis, decora fit.

Earum vocum Elegantia præ cœteris notetur, qvæ Metaphoræ, voces hominum ad res inanimatas transferentis, dignitate ſplendeſcit.

Sic *Claudianus* graſſantem cædium furorem deſcribit:

*Ultrixq́; manus mucrone furenti*
*Ducitur, & ſiccum gladium vagina recuſat.*

Vaſtitatem hortis, agris & nemoribus per hyemem illatam hoc diſticho *Bidermannus* expreſſit:

*Cana gelu, & niveis hyemabant arva pruinis,*
*Et nemus amiſſas flebat & hortus aqvas.*

## 3. EXQVISITIORA EPITHETA.

Hæc oriuntur ex translationibus, qvæ ſi rectè adhibentur, Poetarum carminibus decus & ornamentum inſigne conciliant.

Obſervanda itaqve Epitheta, qvæ 1. Singularem ſenſum habent, cujusmodi hæc ſunt, Ovidio præcipuè freqventata, com-

complectentia verbum aut Participium cum ſuo caſu. ut: *Amanti flumina cygno.* Ovid. 2. Met. *facientes frigora ventos.* ibid. *bellaqve matribus deteſtata.* Hor. l. 1. Od. 1. 3. qvæ perſonis detracta rebus tribuuntur, ſive qvæ ab animatis ad inanimata transferuntur. Virg.

*Heu fuge crudeles feras, fuge*
*littus avarum.*

4. Qvæ detracta perſonis earum affectibus tribuuntur, ut: *Odium crudele tyranni*, pro odium crudelis tyranni. Adhibentur in laudandis ac vituperandis vel perſonis, vel rebus v. Peisk. Tab. Poët.; Lex. Maſen.

## 4. ENUMERATIO PARTIUM SEU DESCENSUS AD SINGULARIA.

Enumerationes Poeticam amplificationem non ornant ſolùm, ſi eas multæ varietatis gratia commendet; ſed etiam non minus neceſſariæ ſunt Poetæ in Carmine, qvàm pictori in tabulis ſuis. Qvemadmodum igitur nullus pictor exprimere poteſt *navigare*, niſi pingat aqvas, navem, ſpumas &c. ſic nec Poeta idem aptè exprimes dicendo navigare, ſed *navi æqvor ſecare*, ſeu

*Cæruleas puppi ire per undas*,
Tib. 1. 4.

Huic

Huic autem ad ſingularia descenſui, magnam amplificandi facultatem præbenti ſervit. 1. Diſtributio generis in ſpecies. 2. Speciei in Individua. 3. Diſtributio totius in Partes. 4. Enumeratio Antecedentium, Cauſarum, & conſeqventium ſ. effectuum.

Variis coram Exemplis hæc illuſtrabimus.

## 5. DESCRIPTIONE.

Hæc deſcriptio, qvia Poema mirè venuſtat, apud Poetas uſitatiſſima eſt. Deſcribunt enim vel tempus, vel locum, vel rem, vel perſonam, ejusqve vultum, mores, ingeniumqve. Si deſcriptio hæ-

reat in Perſona, eæ magis Poeſin ſapient, qvæ perſonam fictam exhibebunt, ut ſi fames, invidia, diſcordia deſcribitur. Si deſcriptio ad res tantùm ſe explicet, eæ magis commendabuntur, qvibus plus fabularum aſperſum eſt.

## 6. EGRESSIONES SEU DIGRESSIONES.

Sæpè amplificationis & delectationis causâ, à materia inſtituta in aliam, aut locum communem excurrunt, & Orationem deflectunt Poetæ. Sic *Horatius l.* 1. *Od.* 3. occaſione navigationis, qva Virgilio Athenas eunti benè precatur, ſeu Propempticon canit, aptè digreditur in hominum audaciam

ciam & temeritatem, qva non mare ſolùm navium inventione, ſed & cœlum & aera, & inferos tentârunt.

## 7. COLLATIONES.

Collatione vel paria paribus, vel majora minoribus, vel contra, vel noſtra cum aliis conferimus.

## 8. INDUCTIONES.

Hæ Ovidio & Elegiographis familiares ſunt, atqve in Elegia dominantur, continentes ad qvippiam probandum plures ſimilitudines aut Exempla, non in comparativo gradu poſita, ſed abſolutè adducta, ſine nota ſimilitudinis ut ſic &c.

FI-

## FICTIONES.

Modò Concilia à Diis habita comminiſcuntur, modò ſomnia, oblataqve ſibi viſa, modò imaginaria domicilia, famæ, famis, invidiæ, ſomni, Mortis, Bellonæ &c. excogitant, modò ſculpta aut picta qvædam effingunt in foribus templorum, in clypeis &c. modò inanimis ipſi rebus ſenſum tribuunt, modò perſonarum fictarum imagines exhibent.

## USURPATIO FABULARUM VEL ALLUSIO AD EASDEM.

*Cum primum craſtina cœlo*
*Puniceis invecta rotis Aurora rubebit.* Virg.

## POETICÆ LOQVENDI FORMULÆ.

Ex

Ex his etiam non exiguum accidit amplificationi ornamentum. Hîc Te, ne actum agere videar, ad Poeticos Theſauros & Loc. Commun. libros, de iis formulis conſcriptos, mitto, atq́ve, ut eos conſulas, autor ſum. Ita ſcilicet pulcherrimas diſces negandi, affirmandi, proponendi, invocandi, comparandi, optandi, deprecandi, gratias agendi, & cæterarum hujusmodi Formulas.

## TANDEM NUMERUS POETICUS.

Qvam Periodus Numerusq́ve Poeticus in Carmine vim habeat, qvantumq́ve in illiꝰ varia temperatura elocutio-

tionis Poeticæ pondus ſit, vulgus Poetarum planè ignorat, iisq; tantùm patent hæc arcana, qvi ad interiora hujus artis admiſſi ſunt. Nullum carminis genus eſt, qvod non ratione Periodi & numeri ſuos qvosdam modulos agnoſcat. Habet Elegia, Phaleucus, Scazon, Jambus, habent Odæ ſuos qvaſi carceres, intra qvos verba illa numerata juſto ordine, & poſitu decurrant, á qvibus ſi diſceſſeris, elumbia, fracta, contorta erunt omnia. Inſervient præ cœteris *Joh. Dekeni è Soc. Jeſ. Obſervationes Poeticæ Exemplis illuſtratæ* anno 1691. Kiloni recuſæ cum Præfat. *Dan. G. Morhofii.*

# Chriſtian Fritſchens
Gymn. Freib. Con-R.
# Antworts-Schreiben/
an einen guten Freund/

Auff die Frage:

Wie/ und auff was Weiſe die Information bey der kleinen Jugend wohl und glücklich anzuſtellen/

Und

Wie abſonderlich die Lateiniſche Sprache/ damit man insgemein ſo viel Zeit zubringen müſſe/ derſelben zeitlicher und beſſer als ſonſt geſchiehet/ beyzubringen?

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0119-9

# Vielgeehrter Herr/ werther Freund/etc.

AUff ſein an mich abgelaſſenes hätte ich längſt geantwortet / wenn mich die vielen Verrichtungen/ damit ich täglich allzuſehr beladen / nicht daran verhindert hätten. Die Frage die er an meine Wenigkeit gelangen laſſen: wie und auff was Weiſe die Information bey der kleinen Jugend wohl und vernünftig anzuſtellen / und wie abſonder-

lich

lich die Lateiniſche Sprache/damit man ſo gar viel Zeit zubringen müſſe/ derſelben zeitlicher als ſonſt geſchiehet/ beyzubringen? iſt von groſſer Wichtigkeit/ und ſchwer darauff zu antworten / weil der Meinungen hierinne ſo viel / und es da heiſt: qvot capita, tot ſenſus. Doch will ich Ihm meine Meinung/ die ich aus der Erfahrung habe/ auffrichtig melden/ und ihme darbey freyſtellen / ob er derſelben folgen/ oder einen andern Weg erwehlen wolle. Anfänglich bitte ich die Jugend auffs fleiſigſte zur wahren Pietät anzugewähnen/ und alle Gelegenheit zu ſuchen/ ſie darinne zu erbauen/ wenn auch gleich denen andern weltlichen Dingen ſolte was abgebrochen werden. Wenn der Cate-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0122-2

techiſmus, oder Compendium Hutteri tractiret wird / iſt es nicht genug/ daß ſie ihr auffgegebenes penſum wohl herſagen können: auch iſt es nicht genug/ daß ihnen der ſenſus literalis etlicher maſſen bekand gemacht werde. Denn das bloſſe Wiſſen und Erkäntniß der Geheimniſſe GOttes nützet einem Menſchen nicht/ wenn nicht ein gottſeliges Leben darbey iſt. Iſt demnach nöthig/ daß allezeit darbey nachdrückliche und bewegliche Paræneſes und Vermahnungen geſchehen/ daß ſie ja das jenige/ was ſie hören und lernen/ in der That und im Wercke erweiſen und in acht nehmen wollen. Welches/ wenn es mit gröſſern Nachdruck / als man ſonſt pfleget/ geſchähe/ würde ſolches

zum wahren Chriſtenthumb/ wel-
ches alsbald in der Jugend muß ge-
pflantzet werden/ ein vieles helffen
und beytragen. Auch hat man
ſich in achtzunehmen / damit nicht
durch unzeitiges und eiteles Loben
und Auffmuntern/ es andern vor-
zuthun/ (ein Chriſtliches / beſchei-
denes und gebührliches Lob / da-
durch die Jugend zur Tugend auf-
gemuntert wird / wird nicht ver-
boten) die Hoffarth in ihnen ge-
pflantzet werde/ die hernach ſchwer-
lich wieder auszutreiben / ſondern
man hat ſich vielmehr alles Fleiſſes
dahin zu bearbeiten / damit ſie zur
Nachfolge Chriſti/ zur Verleug-
nung ihrer ſelbſten/ zur rechtſchaf-
fenen Demuth beyzeiten gewöhnet
werden. Was die Lateiniſche
Sprache betrifft / ſollen denen

Kindern/ ſo bald es möglich/ viel Vocabula ſimplicia rerum communiorum aus einem Nomenclatore beygebracht/ und/ ſo bald es geſchehen kan/ ſie auffs fleiſſigſte im Decliniren und Conjugiren exerciret werden. Die Grammatica ſoll in Teutſcher/ und durchaus nicht in Lateiniſcher Sprache/ kurtz/ leicht und deutlich gelernet werden. Es iſt eine groſſe Unbeſonnenheit/ und unverantwortliche Sache/ die arme Jugend mit dem plagen und martern/ das ſie doch nicht verſtehet. Dadurch ( wenn zumahl ein Plagoſus Orbilius über ſie kommt/ der / wenn ſie die dunckeln und ſchweren Regeln nicht perfect herzuſagen wiſſen/ übel tractiret) werden viel vom ſtudiren abge-

ſchrecket/ dazu ſie doch durch allerhand Annehmligkeiten ſolten gelocket werden. Die Teutſche Sprache verſtehen die Kinder nicht allein/ ſondern man kan auch des Exponirens/Erklärens/und vieler Mühe entübriget ſeyn. Da ſonſt ein Knabe faſt den gantzen Tag über etlichen Lateiniſchen Regeln mit groſſer Marter und Beſchwerde des Gedächtniſſes lernen muß/und ſie doch wohl nicht verſtehet/ kan er ſie teutſch in einer Stunde mit lauter Luſt begreiffen/leichter behalten/ und die übrige Zeit/die man doch ſo theuer halten/ und nicht liederlich verſplittern ſolte/ zu was beſſern anwenden. Die Griechiſche Sprache lernen wir ja nicht aus einer Griechiſchen/ ſondern Lateiniſchen/ die Frantzöſiſche aus einer Teutſchen

ſchen oder Lateiniſchen / weil uns dieſe ſchon bekand ſind / warum hält man es aber nicht ſo mit der Lateiniſchen? Die Lateiniſche Grammatica iſt nicht denen Kindern / ſondern adultioribus, und gar Præceptoribus geſchrieben. Nechſt dieſem iſt auch ein groſſer Irrthum / daß man ſich in denen Præceptis Grammaticis ſo lange auffhält / und die Jugend mit Erlernung ſo vieler perplexen und unnöthigen Dinge ſo unverantwortlich auffzuhalten pflegct. Der gelehrte und höchſtbelobte Morhoff in ſeinem vortrefflichen Polyhiſtore will / daß man die Præcepta ſo kurtz / als im̃er möglich / beybringen / und die Jugend nicht mit vielen Regeln und Exceptionen beſchweren ſoll. Denn

es würde ſich alles aus dem Uſu und lectione Autorum vor ſich ſelbſt finden. Auch viel andere wackere und gelehrte Leute haben erinnert/daß man die Jugend von der Plage/ die ſie von denen Lateiniſchen Regeln empfunden/ einmal befreyen ſolte/zumahl/da in der gemeinen Lat. Grammatic. ſo viel Termini Philoſophici mit unterlieſſen/ welche kaum ein Alter dem Fundament nach verſtehen könne. Darum auch gar neulich auff Fürſtl. Verordnung vor die Schulen zu Merſeburg von dem berühmten und gelehrten Schulmann dem Herrn Cellario zu mehrern Nutz bey der Jugend die Grammatica Teutſch gar ſchön/ kurtz/ deutlich und leicht abgefaſſet worden. Es hat mir gedachte

teutſche Grammatica dermaſſen gefallen/ daß ich ſie nicht genug loben kan. Er leſe nur die kurtze/ doch aber kluge Præfat. ſo demſelben Tractätigen vorgeſetzet/ gewiß/ er wird mir beyfallen. Und iſt höchſt zu verwundern/ daß man mit höchſten Schaden der Jugend nicht folgen will. O wie könte man ſo die Zeit erſparen/ und zu nützlichern Sachen anwenden! Zu was aber? Wenn ſie ſchon einen guten Vorrath von Vocabulis ſimplicibus gefaſſet/ ſollen ſie meiner Meynung nach lernen oder repetiren / die merckwürdigſte (alle ſind im Anfange nicht nöthig) Lateiniſche Verba, mit ihrer Conſtruction, und genuino uſu, welches der Jugend ſo nöthig/ als dem Mahler die Wiſſenſchafft/ wie er den Pinſel füh-

führen ſoll. Was iſt dem Bildhauer der Stein nütze/weñ er nicht weiß/wie er ihn brauchen/ und damit umgehen ſoll? II. Sollen ſie lernen/ oder doch repetiren die abſonderlichſte Nomina mit den beſten Phraſibus und Adagiis, die davon bräuchlich ſind. e.g. bey dem gemeinen Worte Sal, kan man beyfügen: Caro ſalibus aſperſa, eingeſaltzen Fleiſch. Scipio omnes ſale, facetiisq; ſuperabat. Scipio hatte niemand ſeines gleichen in kurtzweiligen und ſpitzfindigen Reden. Sale humanitatis ſparſa epiſtola, ein höflicher Brieff. III. Die Lateiniſchen Particuln, als in denen der Kern/ das Eigenthum/ die feinſte und auſſerleſenſte Art der Lateiniſchen Sprache beſtehet. Solcher geſtalt würde die Jugend

zur

zur Leſung der Autorum nicht alleine wohl præpariret/ ſondern auch das Gedächtniß/ das bey ihr noch gut iſt/zeitlich mit der Latinität gezieret werden/und von dannen in die Zungen und Feder ſich reichlich ergieſſen. Hierzu kan dienen Franc. Pomey è S. J. Flos Latinitatis, in welchen præſtiret/ was ich ietzo gedacht. Wenn dieſes oder auch ein anders desgleichen der Jugend bekand gemacht/ und ſie darinnen fleißig exerciret würde/ zweiffle ich nicht/es würde zu zeitlicher Erlernung der reinen und guten Latinität viel helffen. M. Frieder. Wendelinus, ein gelehrter Mann/ und guter Didacticus weiß in der Præfat. ſeiner Medull. kaum Worte genug zu finden/dieſen groſſen Nutzen ſatſam

 her-

heraus zu ſtreichen. Jch will nur etwas von ſeinẽ eignen Worten anführen: Eqvidem intrepidè (ſagt er) hoc auſim affirmare, inter omnia puræ Latinitatis compendiosè & feliciter comparandæ media, noſtris hiſce temporibus, qvibus vernaculus non eſt Latinus ſermo, nullum eſſe expeditius qvàm exqviſitæ plenæq́; Phraſeologiæ exercitium, inter publicas alias ſcholarũ operas, ſingulis diebus freqventatum. Nec ſolùm (ſagt er ferner) in hanc ſententiam me adducit ratio, qvam tamen ſolidam certamq́ue eſſe ſcio; ſed vel imprimis experitia, eaq; non aliena, ſed propria, & mea: qvâ fretus hoc tibi, Amice lector, affirmo, hujus,

qvam

qvam publicis uſibus jam deſtino, Phraſeologiæ adminiculo, paucorum menſium ſpatio, olim XII. annorum pueros, plures Latini ſermonis Elegantias didiciſſe, qvàm ſi triennium integrum Ciceronis Epiſtolis, vel Terentii Comœdiis, in publica ſchola explicandis, ediſcendis & recitandis impendiſſent. Es leſe derſelbe nur die gantze Præf. in gedachter Medull. als auch des Seyboldi in Sylvula Minor. er wird viel gutes finden. Eben dieſen Rath hat auch vor dieſen gegeben der ſehr gelehrte und berühmte Michael Neander: Im 10. Jahr/ ſpricht er/ ſoll man nebſt der Grammatica auch anfangen den Knaben zu exponiren und auswendig zu lernen geben die

Locutionum Latinarum à Cicerone, Plauto ac Terentio formulas, darinnen erudita Lingva artig und kurtz alles gefaſt und begriffen/ davon in communi hominum vita man pfleget zu reden und zu ſchreiben/ daraus ein Knabe auch Latinam Lingvam eher/ und ohne weniger Mühe lernen und faſſen kan/ als wenn er Ciceronem, Terentium, Plautum, Virgilium und Ovidium, von Anfang biß zum Ende hören möchte/ wie ich diß nun etl. Jahr gnugſam erfahren/ werdens auch andere erfahren/ ſo dieſelben Phraſes vor ihre Jugend brauchen werden/ und dann befinden/ daß diß kein böſes Conſilium ſey. Er recomendiret dieſe Ubung mit noch mehrern nachdrücklichen Worten/ welche

che hier der Kürtze wegen nicht können angeführet werden. Es iſt aber/ welches wohl zu mercken/ gar nicht meine Meinung/ daß man an der Phraſeologia alleine kleben/ und die Autores ſelbſt aus den Augen ſetzen ſoll. Wo wolte man ſonſt die Connexion herhaben/ daran das meiſte/ ja faſt alles gelegen? Das ſage ich nur/ daß man nebſt einem und den andern guten und leichten Autore nur täglich eine Stunde die Jugend in dergleichen auffs fleißigſte exerciren/ und die auswendig gelernte Redens-Arten nach dem Rathe des gedachten Neanders/ und Hn. Morhoffs in gedachten Polyhiſtore in gewiſſen Exercitiis variren/ und dadurch nebſt der Connexion ie mehr und mehr bekand machen ſoll. Wie

dergleichen Exercitia anzuſtellen/ hat gedachter Morhoff in Polyhiſt. gewieſen/ allwo er p. 526. nachſchlagen kan. Wenn man warten ſoll/ biß die Latinität aus den Autoribus erlernet wird/ wird es gar zu lang. Ich habe aus eigener Erfahrung/ daß es der Jugend daran fehlet/ als welche nur an denen Lexicis henget/ und was ſie da findet/ auffs ungeſchickteſte vorzubringen pfleget. Ich weiß wohl/ was eigenſinnige/ und ſuper-kluge Köpffe hierwieder einzuwenden pflegen/ aber verſtändige wiſſen es beſſer. Insgemein pfleget man die meiſte Zeit mit der Lateiniſchen Gram̃atica, als dem Inſtrumento zuzubringen / von Formuln und Redens-Arten aber/ als der Materia der Lateiniſchen Sprache/ daran

das

das meiſte gelegen/ höret man das wenigſte. Da man in der Grammatica in zwey oder drey Jahren gar leichte und ohne Mühe ausrichten könte/ womit ſonſten immer 10. ja 20. Jahr zugebracht werden/ wenn man ſich nicht immerzu die Ohren müſte vollſchreyen laſſen: Die Alten ſind auch keine Narren geweſen: Der alte Weg iſt der beſte/und dergleichen. Es verſuche derſelbe obigen Vorſchlag mit denen Vocabulis, ſo der gelehrte Cellarius aus Fürſtl. Befehl gedachter Teutſchen Grammatic.in libro memoriali Latinitatis probatæ & exercitæ fürgeſetzet/ und dann mit der reinen und guten Phraſeologia nebſt denen andern Lectionibus auff gedachte Weiſe/ich verſichre ihm/ er wird mehr

aus=

ausrichten als mit der Janua Comenii, darzu ich kein Hertz habe/ ob ſchon andere noch ſo viel drauff halten. Der berühmte und gelehrte Schulmann Mechovius neñet ſie Inficetam Januam, weiter in der Dedication ſeiner Hermathene ſaget: Affricuit Johannes Comenius fœdam ſcabitudinem optimis literis per inficetam Januam ſuam, tanqvam Pſeudo-tyro qvodam in omnes Europæos intromiſſam. Und im Buche ſelbſt p. 593. redet er alſo: Ubi fœdum cadaver hoc (Rami) vix extulimus, ecce! novam ex Hiſpania lucem, ad ipſam humanitatis arcem, qvã majores noſtri egregiè excultam nobis reliqverant, latâ viâ graſſantem. Comenius, inqvã,

non

non vulgaria Tropica nobis inſtituit, dum Januam ſuam ſacram & horribilem portam in via Latina, neſcio qvo fato, invitâ tamen Minervâ, diſcentibus exſtruxit, qvâ hodie magna pars Europæ ad barbariem & inſcitiam delabitur. Der offterwehnte vortreffliche Morhoff will in ſeinen Polyhiſtore, daß des Comenii Janua aus allen Schulen/ wo man gut Latein/ wie billich/ treibet/ geſchaffet werde. Die Rationes kan derſelbe in dem herrlichen Polyhiſtore l. 2. c. 4. und l. 2. p. 448. ſelbſt leſen/ welche gewißlich nicht zu verachten. Ich rede aber hier von jungen Leuten/ die noch nicht capable die Autores zu leſen. So bald aber die Fundamenta geleget/ ſo leſe man nur fleißig Auto-

tores. Das iſt der richtigſte Weg etwas rechtes zu lernen / und laſſe ſich nur nicht mit vielen Grammatiken / Logiken / und Rhetoriken auffhalten. Der gantze Qvarck hilfft zu nichts. Was aber für Autores zu tractiren / wie und in was für Ordnung / melde ich ein andermahl. Unter deſſen nehme derſelbe fleißig in acht die Handgriffe / welche der belobte Morhoff in ſeinem Polyhiſtore l. 2. c. 10. p. 453. ſetzet / er wird damit viel groſſen Nutzen ſchaffen. Die Arithmeticam laß er ſich höchſt recommendiret ſeyn. Es können auch die Fundamenta Geometriæ der Jugend beygebracht werden. Es ſind die Knaben nicht allein darzu capabel, ſondern gehen auch / weil alles in Zahlen und Figuren beſtehet /

het/gerne damit um. Vor uhralten Zeiten hat man die Knaben in denen Schulen alleine darinne exerciret / und ſie zu andern Dingen nicht gelaſſen/biß ſie darinnen wohl geübet geweſen. Jetzo aber iſt die Matheſis, zu höchſten Schaden der Jugend/gantz verjaget. Aber was machts? Daß man ſich mit der Grammatic allein plagen muß/ oder weil man nicht verſtehet / was dieſe Ubung vor Nutzen ſchaffet. Ich weiß zwar wohl/ daß der Jugend-Verſtand nicht zureichet / die ſchweren/und auff einander folgende Demonſtrationes zu verſtehen/maſſen man wenig findet / die mit dem Paſchalio von ſich ſelbſt in veritatem Propoſitionis Geometricæ difficilioris penetriren können/iedoch iſt gewiß/ daß die

Ju-

Jugend die prima rudimenta faſſen/ ja mit lauter Luſt begreiffen kan. Nechſt dieſem wird es auch gut ſeyn/ der Jugend aliqvalē hiſtoriæ univerſalis & Geographiæ notitiam beyzubringen. Auch darzu iſt ſie capabel. Ihr Gedächtniß iſt wie das Wachs/ welches alles annimmet/ was man drein präget; Ja ſie begreiffet die Dinge/ die das Gedächtniß angehen/ viel leichter/ als die alten/ bey welchen das cerebrum nicht mehr ſo viſcoſum und weich/ daß es ein Ding ſo wohl behalten kan. Wie die Sache anzugreiffen/ haben unterſchiedliche Gelehrte gewieſen. Nur neulich hat Joh. Ger. Wilhelm zu Berlin eine Hiſtoriam Univerſalem heraus gegeben/ in welcher in kleinen teutſchen Periodis,

dis, oder Exercitiolis der Jugend das ſtudium Hiſtoricum vorgebildet wird/ zu dem Ende/ daß ſie zugleich mit der Compoſition auch die vornehmſten Geſchichte und Ordnungen der Zeiten erlernen möge. Man kan darzu etwa eine gewiſſe Stunde deputiren/ und wenn es recht gemacht wird/ nebſt der Lateiniſchen Sprache den Grund zu höhern und wichtigern Dingen gar glücklich legen. Es iſt ja wohl zu beklagen / daß man die arme Jugend bloß allein mit Erlernung der Lateiniſchen Sprache fatigiret und plaget/ de rebus ipſis von rechtſchaffener Erklärung Chriſtl. Lehre/ ernſthaffter und ſtäter Schärffung der Tugend/ Gebühr/ und andern aber nichts gedencket. Wir kleben nur an der Schale/

le / und lecken mit Æſopi Fuchſe nur das Glas von auſſen / das Mus aber rühren wir nicht an. Wie viel lernen biß in das 18. Jahr bloß Lateiniſch / und ein wenig Griechiſch / und kōñen doch wohl dariñen nichts rechts. Von der Hebräiſchen Sprache / die doch ſo nöthig / und zeitlich noch in der Schule muß gelernet werden / wie Hr. L. Rechenberg. in dem neulich herausgegebenen Büchlein / de ſtudiis Academ. wohl angemercket / iſt altum ſilentium. Wie wohl thäte man demnach / wenn neben der Lateiniſchen und Griechiſchen Sprache / darauf allerdings die meiſte Zeit zu wenden / auch bißweilen zu gewiſſen Stunden und nur zur Luſt was von Sachen ſelbſt mit gelernet würde. Es gehet alles wohl an / wenn

nur

nur der Præceptor geſcheid/ und nicht ein alberer Pedante iſt. Bey der Hiſtoria kan derſelbe/ wenn Exempla und Tugenden vorkommen/ dieſelbe loben/ und darzu vermahnen; Hingegen aber die Laſter/ ſo vorkommen/ ſtraffen/ und davon abmahnen/ und alſo beyzeiten die Liebe zur Tugend/ und Haß gegen die Laſter in denen Hertzen der jungen Leute pflantzen. Dieſes/ vielgeehrter Herr/ iſt mein unvorgreiflicher Rath bey Knaben/ die da ſind/ wie allhier in unſerer Schule die Qvint-Qvart- und Tertianer. Ich bin verſichert/ und die Vernunfft ſelbſt weiſets/ daß dieſer Weg gut iſt/ ob er ſchon nicht allen gefället/ zumahl denen die bey ihrer alten Pedetentim bleiben/ da ein ieder Schritt 18. Jahr ausmachet/

und

und von keiner richtigern und compendieuſern Methode hören wollen. Ich bitte nur ſeine Meinung hiervon mit eheſten zu überſchreiben/ da ich denn bey beſſerer Muße ein mehrers berichten will. Gegeben Freyberg/ den 28. Oct. An. 1690.

Errata pauciora Benevolus Lector pro humanitate ſua ipſe haud gravatim corriget.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0147-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0148-6

Ung I D 103

1

ULB Halle 3
003 120 937

56.

VD 17

I

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0149-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0150-7

1

# SCHEDIASMA
DE
# STUDIIS SCHOLASTICIS,

in
uſum & gratiam
STUDIOSÆ JUVENTUTIS
editum
à
CHRISTIANO FRITZSCHIO,
Gymn. Freib. ConR.
Editio altera auctior & correctior.

*Cum Privilegio Electoris Saxoniæ.*

---

*LIPSIÆ,*
Sumpt. JO. CHRIST. WOHLFART,
LITERIS COLERIANIS.
Anno 1695.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-530270-p0151-3